HARMONIA TITVLORVM VTRIVSQVE IVRIS,

Item,

CONIVNCTIONES ET CONciliationes *Legum Pandectarum, ſtudio ac opera Theodori Straitmanni Iuriſconſulti editæ.*

His in Iuris ſtudioſorum gratiam acceſsére, quæ ſequens indicat pagina.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



COLONIAE AGRIPPINAE,

Apud Gualtherum Fabricium, & Ioannem Gymnicum, ſub Monocerote.

M. D. LXXI.

Cum priuilegio Cæſ. Maieſt. ad decennium.

Singulæ Pandectarum partes, diſpoſitione clariſſimi Iuris Anteceſſoris Matthæi Vueſenbecij præfixa, veluti Summario elucidatæ.

Leges permultæ tam in Pandectis, quàm Codice ſub diuerſis titulis ingeminatæ et repetitæ.

Legum multarum Antinomiæ, earumq́ue reſolutiones ex melioris notæ Iuris Anteceſſoribus obſeruatæ & notatæ.

Iuſtiniani Deciſiones quinquaginta, et Ratio docendi diſcendiq́ue Iuris ex D. Eguinario Barone.

Clariſſ. Iuriſconſulti Ioannis Oldendorpij collatio Iuris Ciuilis & Canonici.

NOBILIBVS CLA-
RISSIMISQVE VIRIS D. AR-
NOLDO A SASBOTH, CANCEL-
lario, cæteriſque Regijs Senatoribus in Geldria,
dominis ſuis obſeruandis Theodorus
Straitmannus, I. V. Licent.
S. D.

REdeunti mihi ante quinquennium tam ex Galliæ quàm Italiæ Academijs, nihil prius faciundum ſenſi, viri clariſsimi, quàm vt tum Iuris vtriuſque Corpus, tum ea quæ à diuerſis legũ Profeſſoribus maximè Theoriticis audiuerã, tum quæ Vdalricus Zazius, Andreas Alciatus, Franc. Duarenus, & eiuſmodi præcipui anteceſſores nobis in Ius præclarè ſcripta reliquêre, legerem atq; relegerem. Ex quo triplici lectionis labore, quò eum, quem mihi propoſue-

ram, fructum conſequerer, alter mihi triplex labor adnotandi inter legendum occurrit ac ſucceſſit, & memoriæ iuuandæ & ingenio excolendo adeò neceſſarius, vt ſine eo mihi operam ac oleum luſurus viderer. Primùm enim, cùm omnes iuris partes latiſſimè pateant, nulla commodiore Methodo Ciuilis ac Canonici collationem, à lectione breuiter mente compræhenſam retineri poſſe animaduerti, quàm ſi Harmoniam quandam titulorum V. I. velut indicem ac ſummarium (vt dicimus) generalium materiarum cõpendioſiſſimum, obſeruarẽ ac digererem. Secundò, quod nulla dilucidior eſſet ratio legum interpretandarum, ac intelligendarum, quàm qua vna lex cum

cum alia & vnus paragraphus alteri coniungitur, partim ex inſcriptionibus legum, partim ex gloſsis, partim ex clariſsimi anteceſſoris, præceptoris mei venerandi, Iacobi Cuiacij prælectionibus, inter relegendum omnium propemodum Pandectarum legum, quæ coniungendæ ſunt, coniunctiones ad ſpecialium caſuum interpretationem veluti genuinam, quàm potui diligentiſsimè adnotaui. Quibus, vt attentiùs legerem, leges in Pandectis & Codice repetitas addidi. Tertiò, cùm in ipſo vtriuſque corporis contextu multæ ſe mihi Antinomiæ offerrent, quæ in gloſsis vel non ſunt animaduerſæ, vel non ita vti iuris ratio exigit, conciliatæ, ſuprà certè à me

nominati Iuriſconſulti, in primis ad præcipuarum ſolutiones conſulendi fuerunt atque euoluendi. Quæ ſingula quidem eò in chartas tanquam ἐγχειρίδιον conieci ac deſcripſi, vt mihi priuatim & domi & foris quoque extra Bibliothecam meam quoties vellem, in promptu eſſent ac obuia. Cæterùm cùm ea nonnulli Iuris Candidati, neceſſitudine ac familiaritate non vulgari mihi coniuncti apud me conſpecta tantoperè deſiderarent ædi, vt parendum quidem illis fuerit, tibi tamen ampliſſime Iuris in patria mea Geldria pro Rege Antiſtes, vobiſq; clariſſimi Senatores hoc, quicquid eſt, operæ meæ imprimis commendare ac dedicare volui: cùm vt habeatis à me perpe-

perpetuæ erga vos obſeruantiæ ſpecimen, tum vt veſtro etiam patrocinio me conatumq́; meum complectamini, ac defendatis. Quam meam voluntatem vt boni æquiq́; conſulatis, vos etiam atque etiam rogo. Valete, Coloniæ Agrippinæ

Calend. Aug. Anno

M. D. LXXI.

PRAEFATIO AD
IVRIS CANDI-
DATOS.

Plato lib. 1. de legibus. CVM ſine iure nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuerſum genus, nec ipſa rerum natura ſtare poſsit: nihil ad ciuilium cœtuũ primordia rectè iacienda magis neceſſarium, quàm illius æquabilis per leges conſtitutio: nihil in omni Reipub. iam conſtitutæ parte ſiuè publica, ſiue priuata vtilius, quàm earundem legum & clara & certa interpretatio: nihil denique vobis aut ad nominis ſplendorem honeſtius, aut fructu vberius, aut ipſa rei ſcientia iucundius eſſe poteſt, q̃ *l. 2. ff. de legibus.* huius ciuilis ſapientiæ ſtudium. Quid eſt enim vere aliud lex, quàm vt Philoſophus Stoicæ ſcholæ ſummus Chryſippus incipit libro, quem fecit περὶ νομοῦ. *Cicero lib. 1. de legibus.* Et eum ſecutus Cicero, rerum omnium tam diuinarum, quàm humanarum regina, honeſtatis ac turpitudinis arbitra, iuris ac iniuriæ regula καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων, hoc eſt, omniũ omninò animantium, *Plato lib. 2. de legibus.* quæ modo ad ciuilem ſocietatem nata ſunt, princeps ac domina, vti facienda conſtituens, ita contraria vetans. Præclare ſane hoc, quemadmodum & noſtræ *Rom. 13. cap.* ſcholæ Chriſtianæ, Apoſtoli, Paulus & Petrus eadem penè de Magiſtratu tradunt. Et certè eleganter Plato, legem ait eſſe Magiſtratum mutum, Magiſtratum *d. l. 2. de ll.* vero legem loquentem, vt ſecundum Martianum ex *orat. ad Ariſtogithon.* Demoſthene lex eſt inuentum planè ac donum Dei, ita & Magiſtratus eiuſdem ab illis dicitur ordinatio: *l. legis uirtus, ff. de legibus.* vti Magiſtratus officiũ eſt bonos tueri ac malos punire, ita legis virtus [vt dictum eſt] imperare & vetare. *Plutarchus in uita Solonis.* Reipub. etiam vincula iuxta Solonem præmium ac pœna ſunt. Videtis, qua Harmonia à diuerſis Philoſophis, Iureconſultis ac Theologis eadem de iure ſiue lege concinantur: non ſecus atq; Socrates ſemper

per eadem de iuſtitia eadem diſputabat. Illud verò lex præcipuum habet ac diuinius quiddam, quod cùm omnibus ex æquo imperet, etiam ipſius Magiſtratus princeps ſit ac moderatrix, adeò vt & de auctoritate iuris Imperatoris ipſius pendeat auctoritas. Nam etſi princeps legibus ſolutus eſſe dicitur, decet tamen tantæ maieſtati eas ſeruare leges, quibus ipſe ſolutus eſſe videtur. Quo itaque maior eſt iuris ac legum [hic à me velut digito indicata] neceſsitas, vtilitas, atq; adeò diuinitas, eo equidem magis indignor, quoties video ius noſtrum ſcriptum, eiuſque interpretationem a profeſſoribus ac interpretibus paſsim, adeò cùm inutiliter, tum peruersè tractari, vt quæ ſalubriter pro vtilitate hominum introducta ſunt iura, ea tam varijs excogitandis ad omnem partem iuris opinionibus, tot nec ſibi conſtantibus legum intellectibus tam curioſe allegandis, ac mox refellendis aliorum ſententijs contra commodum humani generis, hoc eſt, libertatem & tranquillitatem vitæ, producta videantur. Certe vt ſine valetudinis iactura, victus ratio non facile mutatur, ita nec leges veluti Rerumpub. nerui, ſine publica perturbatione nunquam ſiue ferendo, ſiuè interpretando innouantur. Quæ nam enim earum vis, auctoritásue eſſe poteſt, ſi ita ſubinde vertumni ſpecie varient? Cui nam tandem exploratum eſſe poſsit, quid cuiuſque fiat, aut quemadmodum ſua quis conſeruet, aut quomodo alienet, aut amittat? in quibus ius omne conſiſtit. Quin & tam varij intellectus, tot opiniones iam non ſecus ac Iuriſconſultorum veterum reſponſa, pro cuiuſque partis, præter omnem aliquando iuris rationem, laudatione ita præfracte pro & cõtra allegantur ac recipiuntur, vt iudici potius à iure, quàm ab his diſcedere liceat. Et quod omnium

l. ſacratiſsimæ & l. ut leges, C. de legibus. l. digna uox, C. de legibus. l. princeps, C. de legibus. l. ex imperfecto, ff. de legat. 3. De concept. Pand. in pr. l. nulla iuris, ff. de legibus. §. reſponſa quoq;, Inſti. de iure nat. gent. & ciuil.

maximè deplorandum, vt pro opinionũ ac Doctorum allegatorum varietate in ſimilibus ſæpe cauſis non ſolum diuerſæ, verùm etiam contrariæ, nec à diuerſis modò, ſed & ijſdem iudicibus ferantur ſententiæ. Quod ſi verum inficiari nolumus, primò ex hac iuris noſtri confuſione, illum errorem quoque natum indies inualeſcere fateamur oportet, vt plerique putent arbitrio potius eorum, qui Iudicia exercent, ſine Legibus hiſce noſtris iudicandũ, adeoq; Ius ſcriptum ex vſu hominum prorſus exigendum atq; explodendum eſſe. Quo errore nullam poſſe capitaliorem peſtem inuadere Rempub. Chriſtianam, præter auctoritatem ſapientiſsimorũ hominum, qui nunquam Reſpub. ſine Legibus certis aut conſtituerunt, aut gubernarunt, etiam exempla docent ipſarum Rerumpub. maximè verò ſucceſſus Romanæ, idq; omni ſuo tempore, primò quidem, cùm ſine lege certa ſub Regibus ageret ducentis quadraginta quatuor annis: inde cum illis exactis incerto magis iure & conſuetudine aleretur, quàm per legem latam ſexaginta per annos: demùm cùm certis xij. tabul. legib. fundata, poſtea ſemper certo iure vſa fuit, tanta quidem cum Reipu. ſalute, tum omnium gentium admiratione, vt Romanorum ius ſcriptum, velut idæam iuſtitiæ diuerſis hominum neceſsitatibus accommodandæ, ſuſpicere, venerari, ſequi, & maiores noſtri voluerint, & nos velle debeamus. Secundò videmus ingenia quæque generoſiſsima, quibus olim Reipub. partes credi poſſent, hac multitudine ac varietate confuſa, aut propter diffidentiam, præclarum hoc, ac Reip. vtiliſsimum Iuris ſtudium prorſus deſerere, aut propter inextricabiles interpretationes, imò peruerſiones [vt ait Imperator] ita ijs inhærere, vt quamuis alioqui non rudes, vel tardè tamen

l. 2. ff. de Origin. iur.

§. hoc autem, de confirmat. Digeſtor.

men admodum ſe expedire poſsint: vel in ijs velut araneatum telis irretiti ſine fruge maneant, vel Andabatarum certè more, clauſis oculis in tenebris omnia miſceant ac confundant. Quod eò minus mirum eſt, cùm ipſe Iuſtinianus tempore ſuo, quo ipſa veterum illorum Iuriſconſultorum monumenta adhuc ſupererant integra, neque ad hanc librorũ molem, qua nos obruimur, excreuiſſent, tamen eam interpretationum & commentariorum Iliadem per Tribonianum & ſocios contrahi, nec quicquam his ipſis Digeſtis, Codici ac Inſtitutionibus præter Paratitla addi voluerit ac permiſerit: quod ille quidem ita ſancijt, ne poſt hac aut leges contra publicam vtilitatem, ita vti nunc videmus obſcuræ redderentur, aut interpretatio earum incerta eſſet, cum ad omnes pertineant: animaduerterat enim in antiquis Edicti perpetui commentatoribus id factum, qui Opus moderatè compoſitum, huc atque illuc in diuerſas ſententias producentes & contrahentes in infinitum diſtraxere, vt omnis per eos ſanctio Romana confuſa, ac totum penè Ius conturbatum fuerit. Ac egò quidem cùm in hoc vaſtiſsimum Commentariorum ac Interpretationum, quæ poſt Iuſtinianum quotidie ad Ius accumulantur, pelagus, neceſsitate temporum incidiſſe me viderem, expertus ſum, quam in hiſce noſtris ſtudijs Iuſtiniani cautio, cum omnibus, tum in primis tyronibus vtilis ſit. Itaque vt totum ſine partium cohærentia concipi nequit, ita ſemper ad Materias iuris animo comprehendendas Titulorum, ad Caſuum verò intellectum percipiendum, legum Collationem, optimam primamq́ue, vt quę ſimplici via ſecundum Iuſtinianum fiat, docendi diſcendiq́ue Iuris rationem eſſe exiſtimaui. † Ac quantum ad Tit. attinet, in eo ego video ad ma-

§. noſtram autem, de concept. Dig. l. ſacratiſsimæ, C. de ll. l. minimè, ff. de legibus.

§. hoc autem, de confirmat. Digeſtor.

§. 2. Inſtit. de Inſtit. & Iure.

Harmonia † Titulorum.

ad materiarum faſcem ſeriemque animo, ſiue inculcandam ſiue retinendam, aliter ab alijs per ſummas, ab alijs per expoſitiones ipſorum titulorum, ab alijs per Paratitla, ab alijs per diſpoſitionem tum generalem, tum particularem, elaboratum: quibus omnibus mecum vti præceptoribus noſtris obſeruandis, honoris ac gratiæ plurimũ ſinguli iuris ſtudioſi meritò tribuunt. In quibus vel pręcipuam laudem [meo quidem iudicio] quoad ius noſtrum Ciuile cum Canonico coniungendum meretur Ioannes Oldendorpius, cuius ea de re tractatum his noſtris etiam in ſtudioſorum commodum ſubnectere voluimus. Cæterùm cùm illæ diuerſæ vniuerſi iuris coniungendi rationes, partim nimiùm longe lateque diffuſæ eſſent, partim etiam nimis conſtrictæ, partim obſcuræ tyronibus, partim ad ius Ciuile tantum, non etiam Canonicum accommodatæ, neque vel certiora, vel iuris candidatis ſolidiora ac vtiliora materiarũ ſummaria excogitari poſsint, quam ipſi tituli, quos Pontifices, Imperatores, Prætores ac Iuriſconſulti rebus præfixère, vtriuſque iuris titulos in hanc, quam videtis Harmoniam redegi †. Legum autem coniunctio quantum habeat momenti, ad ſpecies iuris ſingulares intelligendas, contrarias conciliandas, diſperſas ſuæ materiæ ac ſedi reſtituendas, neminem latere poteſt, qui modò ſciat, quam à Triboniano ſocijsque veterum Iuriſconſultorum reſponſa & monumenta diſcerpta ac intruncata veluti capita diuiſa ſint, quod ego manifeſtiſsimis exemplis demonſtrarem, niſi vos ipſos ex his quas vobis exhibemus, omnium pene legum Pandectarum coniungendarum collationibus periculum facere maiori veſtra cum vtilitate, mallemus. Quanquam enim pleræque ex gloſsis obſeruari poſsint, commodiori tamẽ metho-

† Coniunctiõ legum.

tho-

thodo, ac vtilius quotquot nobis occurrerunt, ita coniunctim & leguntur & inueniuntur, & præſertim, quæ cum ex inſcriptionibus librorum veterum Iuriſconſultorum, vt plurimum reſtitutis è Pandectis Florentinis petendæ ac digerendæ ſint, nõ æquè à gloſſatoribus, aliiſque ſuperioris ætatis Doctoribus notari potuerunt. Hanc itaque Harmoniam cùm titulorum vtriuſq; iuris ad vniuerſas illius materias, tum legum Pandectarum ad ſingulares earum caſus commodius intelligendos, etſi ad priuatum meorum ſtudiorum vſum ab hinc annis aliquot contexuerim, nec vnquam de eius æditione cogitauerim, vobis tamen poſtulantibus eam denegare nec volui, nec debui. † Conueniebat autem huic Harmoniæ Antinomiarum reſolutio, quas ſæpius certè magno ſtudiorum incommodo in iure Ciuili ac Canonico inuenimus, quam & Iuſtinianus & Canonum compilatores præ ſe ferunt. Cæterum cùm earum conciliationes difficiles ſint ac periculoſæ, eas quæ a doctiſsimis noſtræ ætatis Iuriſconſultis ſparſim tractantur à me obſeruatas vobis repræſentare maluimus. † Quibus vt vobis omni ex parte gratificaremur, leges in Digeſtis & Codice ſub diuerſis titulis repetitas adiecimus, eo potiſsimum conſilio & ratione, vt ſtudioſi videant, quàm non omnis ſimilitudo, quod Iuſtinianus vult ex his iuris libris, quibus vtimur, exulet: & quomodo Iuriſconſultorum reſponſa ac Imperatorum reſcripta per vniuerſum corpus ſint diſperſa, cuius tamen veniam mereri ſe ſcribit Iuſtinianus, primò, quia omnium habere memoriam diuinitatis magis, quàm mortalitatis eſt: deinde quod ſimilitudo in quibuſdam & his breuiſſimis aſſumpta non inutilis ſit. Itaque etiam citra ſuum propoſitum hæc non eueniſſe teſtatur. Aut enim

† Antinomiæ.

§. nulla itaq;, de concept. Digeſt.

§. contrariũ, de confirmat. digeſt.

† Leges repetitæ.

d. §. nulla.

§. ſi quid autem, de confirmat. Digeſtor.

nim ita Lex neceſſaria erat, vt diuerſis Titulis ꝓpter rerum cognationem applicari eam oporteat, aut cum fuerat alijs diuerſis permixta, impoſsibile erat eam per partes detrahi, ne totum confunderetur. Hæ igitur ob oculos poſitæ ſimul repetitæ Leges etiam, ſiue aliquid vtilitatis, ſiue iucunditatis in ſe habent. Adiecta ſunt & alia nonnulla, quæ omnia vt à nobis ad veſtra promouenda atque incitanda ſtudia, ex veſtra petitione, vt dixi, eduntur, ita viciſsim vobis grata fore ſperamus. Valete.

IOAN.

IOANNES KHVEN
BREIDBACHIVS, PHILO- ſophiæ & Medicinæ Doctor, ad Lectorem.

SI Methodis vſquam locus eſt, ſi longa le-
uare
Tædia Palladij gregis, Herculeosq; labores:
Si monſtrare vias opus eſt, quibus inuia rerum
Luſtra queas certa penetrare indagine mentis:
Haud dubiè Methodos nodoſa ſcientia Iuris,
Arduaq; ante alias, nec non compendia certa
Immenſum per iter, ſua vaſta per æquora poſ-
cit,
Quæ pãdant abſtruſa nimis penetralia Legum.
Magnus enim Oceanus quidam ſunt inclita
Iura,
Confuſumq; chaos, vaſta, indigeſtaq; moles,
Quam mille auctores, ſexcentaq; plauſtra libro-
rum
Accumulant, dum quiſque ſuam de Legibus e-
dit
Nunc hanc, nunc illam mentem, & pugnantia
dicit:
Quæ labyrinthæi ſinuoſis flexibus antri
Ingenia inuoluunt diſcentum & nubila red-
dunt.

Fallet

Fallet vbi indeprenſus, & irremeabilis error,
Ni fidas Methodos, ceu Theſei fila ſequare:
Obſcurum per iter, tua quæ veſtigia certa
Lege regant, titubent ne, & cæco calle labaſcant.
Hoc vbi iudicio ſecum perpendit acuto.
Sacrarum interpres legum Stratmannus, acumen
Ingenij & neruos omnes intendit, vt atris
Nubibus errorum depulſis ſterneret acri
Explicitam ratione viam, qua tuta per æquor
Latifluum iuris recto veſtigia flectas
Tramite, ne gurges te errorum abſorbeat vllus.
Namq; vbi Legiferæ Diuæ ſacra caſtra ſecutus
Oras luſtraſſet varias, ſolertis Vlyſſis
Exemplo mores hominum ſpeculatus & vrbes,
Legibus inſudans: tandem quæ Gallia tota,
Quæ latè docet Auſonia, & Germania diues,
Omnia anhelanti ſtudio congeſſit in hortum
Vnius ingenij, fœcundaq; pectoris arua.
Vt tibi cuncta pio donaret pectore, Lector,
Haud vlla eſt via viſa alto magis apta labori,
Quàm corpus conferre ſacrati iuris vtrumque,
Et Pandectarum Codiciſq; volumina vaſta,
Legibus & leges cõiungere: & ordine miro,
Quæ pugnare ſimul, Lector ſtudioſe, videntur,
Tanquam vno tibi faſciculo comprenſa notare,
Et ſimul enodare etiam, veroq; niteri

Reddere cuncta ſuo, & latè illuſtrare docendo,
Exoluens nodos, ænigmataq́ abdita Legum
Diſcutiens. præceptorum dum grandia ſenſa
Colligit, & quæ viſa ſuis accommoda plectris
Iudicio limata ſagaci cogit in vnum
Librum: vbi quæ innumeri paſſim docuêre decentq́
In paruum confert ceu vaſto ex æquore riuum.
Nil opus auctorum percurrere flumina paſſim:
Omnia nam riuus Stratmanni hic continet vnus:
Omnia, quæ immenſum multorum amplectitur æquor.
Ergo animis gratis alti monumenta laboris,
Germinaq́ ingenij primùm vernantia magni
Suſcipe, quæ impenſis ſummis, operaq́ fideli
Edidit, vt ſtudium Phœbææ pubis ad alta
Proueheret: tanti meriti non immemor vnquam.

ARNOLDI TRICH-
TII NOVIOMAGI AD
Iuriſprudentiæ ſtudio-
ſum Carmen pa-
rænæticum.

QVIS neget inſertas homini diuinitùs artes
Hoc facere, vt pecudi ſeſe antetuliſſe per omnẽ
Iure queat vitã? tamẽ has nunc prodere vulgò
Nomine quamque ſuo, Lector, mora inutilis eſ-ſet.
Id te ſcire volo, Ius illas inter haberi,
Ceu genus eximiũ ſtudij, quodq́; obtinet omnes
In ſe artes reliquas, vno quaſi faſce ligatas.
Nam niſi firma altæ ſubſint fundamina turri,
Mox impulſa cadet: ſic nĩ prudentia Iuris,
Artibus imbibitis priùs & ſermone Pelaſgo,
Tentetur, creſcet nunquam radicibus altis.
Regina eſt animoſa velut, famulasq́; requirit
Obſequio: fœlixq́; poteſt cognomine dici
Haud dubiè, cui fata ſinunt ac pallados artes
Perfectè pia Iura animo exantlaſſe ſagaci:
Fortunæ is retinet firma adiumenta ſecundæ.
Quo ſe cunq; ferat, colitur quaſi Numẽ ab alto
Emiſſum, velutiq; tripus cortinaq; Phœbi
Conſulitur, litesq; graues ac iurgia docto

Ore fugat, preſſamq́ facit conſurgere pacem.
Notior inde, Ducum Regumq́ vocatur in aulas
Arbiter aſſiduus, fitq́ ipſius abſq́ ſupremo
Nil propè conſenſu: quicquid ratione modeſta
Abijcit, abijcitur: quicquid ꝓbat appbat Ordo
Confeſtim reliquus: cuiq́ obmuteſcere mens eſt,
Nec noua in aduerſam pergit diſcordia partē.
Tunc demùm ſuccreſcit honos, naſcũtur amici,
Prædiaq́ obueniunt, nitidis caua ſcrinia nũmis
Turgeſcunt, lataſq́ domos induſtria condit.
Cumq́ datā mors ſæua vetat tranſcendere me-
Flebilis excedit vita, magnoq́ redemptus (tā,
Optatur precio: tanti ſolertia Iuris
Docta fit, ac vulgus tanta dulcedine replet.
Ergo quiſquis amat præclaris moribus æuum
Tranſigere, & toti placidè conducere Mundo,
Nomine & æterno famaq́ ſuperſtite tandem,
Depulſa iam morte, frui, poſt iacta feracis
Semina doctrinæ Iuri ſua tempora tradat,
Deuoueatq́ ſuas magnis conatibus horas.
Si labor immodicus vexat, memor eſto caducū,
Atq́ perire breui, ſed fructus fœnore multo
Durare, atq́ fauo mentem refouere perenni.
Non ſecus ac varijs curata laboribus arbos,
Poſtea ſollicito gratiſſima poma colono
Porrigit, & tali ſudores munere penſat:
Tunc ſtudij meminiſſe iuuat, tunc vndiq́ lætus
Herculeis etiam ærumnis obliuia promit.

Si tamen ille labor nimio te pondere pulſat,
Detraxiſſe aliquid poterit ſolertia: vaſtum
Gloſſarum pelagus declina, & Legibus omne
Quamprimùm imperti ſtudiũ, Conſultaq; confer
Conſultis, textumq; imis in ſenſibus abde,
Diſcute, volue quater: ſic tempeſtate repulſa
Inuenies tandem ſudum, & latiſſima gyro
Concludes breuiore tibi, ſudorq; manebit
Integer, & Iuris certiſſima præmia carpes.
Huc tibi Stratmannus, methodo delatus amœna,
Pandit iter, Vir diuerſis verſatus in oris,
Iudicioq; vigens acri, patienſq; laboris:
Tu talem ſectare Ducem, prudentia Iuris
Si iuuat: hanc certè concluſit acumine miro
In modicis chartis, genioq; animauit & arte:
Pluſq; Opus hoc (ne tu numerum ſeu pondera ſpectes,
Ingenti exiguus ſaxo cum præſtet iaſpis)
Clàm fructus retinet, prima quàm fronte propinet.
Vnde procul dubio ſeros durabit in annos,
Mutua dum dubij ſtabunt commercia mundi,
Increſcentq; fera diuerſo fomite lites.

COM-

COMPENDIARIA
ἐξήγησις Iuris Canonici.

IVS Canonicum eſt, quod diſponit de rebus ac perſonis Eccleſiaſticis principaliter. Et diuiditur in Ius Commune, & Priuatum. Ius commune eſt, quod continetur in libris Iuris Canonici per tot. vt in Decret. Decretal. Sexto Clement. &c. Et hoc ſubdiuiditur in Decreta & Decretales. Decreta ſunt, quæ conſtituuntur à ſummo Pontifice, cum conſilio Cardinalium & Epiſcoporum ad nullius conſultationem. Et illa fiunt interdum in Concilijs, interdum verò extra Concilia: continentur autem cõmuniter in Decreto Gratiani: Illud enim eſt, quaſi quædam farrago

ſententiarum communium ex Conciliis & ſcriptis Doctorum Eccleſiæ collecta: Et diuiditur in tres partes. Prima continet Diſtinctiones, quarum ſunt 101. Secunda continet cauſas, quarum ſunt 36. Tertia eſt de conſecratione. Inſertus quoque eſt Tractatus de Pœnitentia. Sed illa Iuriſconſultis in plerisque locis, aut omninò nihil, aut certè parum proſunt: Non enim propter Deciſiones cauſarum forenſium principaliter lata ſunt. Extant tamen in Decreto quædam forenſia, vt de Reſtitut. ſpol. de Probat. de Teſtib. de Appellation. Item extat in eo materia de cauſis matrimonialibus latiſſimè tractata. Decretales Epiſtolæ ſunt, quas vel

Summus

Summus Pontifex ſolus, vel cum Cardinalibus ad conſultationem alicuius conſtituit, iuxta gloſſ. in c. omnes, 3. diſtinct. Et inter eas quædam ſunt de ritibus & ceremonijs Eccleſiaſticis, quales ſunt quæ continentur partim in primo & tertio Decretalium, & illas Iuriſconſulti quoque non curant, niſi quod interdum ex capitulis illorum librorum colligunt argumenta à ſimilibus ad ſimilia: à maiori ad minus. Quædam verò ſunt quæ cauſas & negocia forenſia concernunt, quales ſunt quæ continentur in fine primi Decretalium, & in ſecundo per tot. In parte tertij, vt de Contractibus & vltimis voluntatibus. Item & in quarto, & in parte quinti. Et

hæc propriè pertinent ad Iuriſconſultos. Continentur autem Epiſtolæ Decretales in libris Decretalium antiquarum, & in ſexto Decretalium, & in Clementinis. Decretales antiquæ cõtinent Epiſtolas Gregorij Noni, & ſuorum anteceſſorum: Redegit enim eas in vnum librum, quem vocauit Decretales. Sextus autem Decretaliũ eſt compilatio Bonifacij octaui, quæ ideo facta eſt, quia poſt Decretales Gregorij Noni, quidam Pontifices ſuccedentes quoque ediderunt Decretales, ſæpius inter ſe pugnantes, quam contrarietatem Bonifacius Octauus opera quorundam Epiſcoporum in Concilio Lugdunenſi ſuſtulit, & hoc Opus compoſuit.

Clementinæ ſunt, quas Clemens V. in Concilio Vienneñſi compoſuit. His adde Extrauagantes Ioannis XXII. Omnes enim illi libri continent eoſdem Titulos. Eſt enim eadem ferè ratio per omnia, id eſt, illi Tituli qui ſunt in primo Decretorum antiquorum, ſunt quoque in primo ſexti, & in primo Clement. Decretales tamen antiquæ multos Titulos comprehendunt, de quibus in alijs libris nulla fit mentio.

Ius Canonicum vocantur

- 1. Decretū, cuius ſunt tres partes,
  - Prima — Continet — Diſtinctiões 101. ſub quib' Capitula.
  - Secunda — Continet — Cauſas 36. ſub quibus
    - Quæſtiones.
    - Tractatus de Pœnitentia in 33.
  - Tertia — Continet — De Conſecratione diſtinctiões 5.
- 2. Decretales
- 3. Sext' Decretaliũ
- 4. Clementinæ
- 5. Extrauagantes

quæ cõtinét Libros

- V. — Titulos 186.
- V. — 77.
- IIII. — 52.
- V. — 35.

QVO TEM-

QVO TEMPORE
ROMANORVM LEGES
INTRODVCTAE, AC RVRſus oppreſſæ, tandemque reſtitutæ ſint.

VRBS Roma princeps orbis, quæ Dei deſtinatione optimas nobis viuendi leges dedit, condita fuit, anno mundi 4450 †. *Ante Chriſtum natum annos fermè ſeptingentos. Vſa eſt initio Monarchia, hoc eſt, vnius dominatione: non tamen omnibus numeris abſoluta, quoniam ſcriptis carebat legibus. Imperarunt autem Reges vrbi magis quam orbi. Nam vix ad decimumquintum vſque lapidem Romana extendebatur ditio, cùm eijcerentur. Annos regnarunt 240, vel, vt alij tradunt, 242. Exactis deinde anno vrbis 243. Regibus, experti ſunt Romani Ariſtocratiam, hoc eſt, optimatium dominationem: et mixtim Democratiam, id eſt, multitudinis Imperium, quæ tamen mox priuatis commodis corrupta fuit ad Oligarchiam. Creati ſunt enim duo Conſules annui ex Patribus. Poſtea plebs tumultuans ſuos Magiſtratus adiecit. Et hic quidem ſtatus durauit vſque ad Iulium Cæſarem, annis ferè 461.. Interim cùm publica pax & concordia ſine ſcriptis legibus retineri non poſſet, ſexage-*

† Variant hic auctores in Chronologijs.

ſimo

ſimo poſt eiectos Reges, anno (nam malè ponit Pompon. annos 20.) allatæ ſunt ex Græcia Leges duodecim Tabularum anno poſt conditam vrbem 302. Cùm iam Imperio ſingulari Iulij Cæſaris Reſpublica Romana ad Monarchiam rediſſet, multiplicatis mirum in modum Legibus, & à diuerſis Scholarum auctoribus in diſputationem plus æquo perductis, maioris videbatur negocij, Leges tam immenſas componere, quàm fuerat olim deſcribere: Sic humana fragilitas in vtramq; ſemper peccat pártem: aut nihil, aut nimium facit, non curat medium. Iuſtinianus itaque Cæſar 79. omnia Romanorum ſcripta in vnum conſarcinauit Opus, quod inde Græcis Pandectas [a], *Latinis Digeſta* [b] *nuncupauit, vt vtriſque in communem obſeruantiam auctoritate ſua promulgari oſtenderet. Vſus eſt ad hoc opera præcipuè Triboniani, viri magnifici & Quæſtoris ſacri palatij, Anno Chriſti 529. Non multis annis poſt Imperium Iuſtiniani, cùm per bellicos tumultus continuos in Italia Leges Romanæ tantummodò oppreſſæ iacerent, regnantibus tum Longobardorum aliarumq; gentium conſtitutionibus, Irnerius quidam in Italia apud Reginam Mechtildin, obſitos iam pulueribus in Bibliothecis, Pandectarum libros*

a A materia.

b A forma.

bros in lucem reduxit. Hos Lotharius XI. Dux Saxonum, Germanus Cæſar XVIII. perpendens æquitatem iuxta & humanitatem Romanarum Legum, iuſſit in Scholis atque Iudicijs publicè tractari Anno 1127. Huius nouæ rei ſtudio (vt fieri ſolet) mirum in modum excitati ſunt cum Irnerio plerique alij, præſertim Azo, vt illuſtratæ Iuriſprudentiæ gloriam reportarent. Paulò pòſt Hugolinus, Bulgarus, Martinus, Placentinus, Ioannes gloſſas ſuas Pandectis adiecerunt, Anno 1190. idq; profectò infœliciter: nam cùm ſumma illo ſeculo eſſet linguarum inopia, non potuit fieri, vt Barbari perciperent Romanos. Tandem ſucceſſit Accurſius, auditor Ioannis & Azonis, attingens Friderici II. Imperium, Anno 1226. is repetitis omnium prædictorum gloſſis & opinionibus ſuas adiecit. Ipſe ſibi placens, gloſſemata ſua commendat in l. facta, §. ſi in danda, ff. ad Senatuſconſultum Trebellia. Et in Nouell. vt præpon. nom. Imper. Poſtremò cùm gloſſandi materiam viderent eſſe conſumptam, cœperunt commentandi functionem turmatim amplecti in totum Ius Ciuile, aut verius in omnes gloſſas Iuris Ciuilis. Non enim verba textus, ſed verba gloſſarum & opiniones ſequuntur. Ibi tum ſuperioris ſeculi alterca-

tiones; nouis (ſi dijs placet) intellectibus multiplicata ſunt in infinitum. Et in primis commentatus eſt in Pandectas Dynus Muxellanus, deinde Petrus de Bella Pertica, Burgundus, et Iacobus de Arena Parmenſis: quorum Bartolus ſæpè facit mentionem. Cynus item diſcipulus Dyni, Anno 1300. tum Iacobus de Butrigarijs, & Reinerus de foro Liuij, Anno 1329. Mox Bartolus ipſe, cui inter omnes illius ſeculi Iuriſperitos principatum rectè tribuunt: vixit ſub Henrico VII. Lucelburgenſi, Cæſare Germano XXX. Cùm autem Iudex eſſet maleficiorum, perturbatus quorundam calumnia, moritur Bononiæ, Anno Chriſti 1355.

Tria

Tria ſunt in vniuerſum Iuris Romani, quo in præſentiarum vtimur, & quod in corpore, vt vocant, iuris deſcriptum eſt genere, quorum

- Primi Iſagogici ſunt, qui Inſtitutiones appellantur, in quibus ſimpliciter natura rerũ quatuor libris explicatur.
  - Primus / Secundus / Tertius / Quartus continet Titulos 26 / 15 / 30 / 18
- Secundi, Artis ipſius ſunt, qui Digeſta ſeu Pandectæ vocantur, in quib. ordo ad vſum forenſem maximè accommodatus, vt plurimum obſeruatur, & diuiduntur in
  - Partes ſeptem, quarum Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta, Sexta, Septima libros habet 4, 3, 8, 9, 8, 6
  - Libros 50.
  - Titulos 440.
  - Leges 9198.
- Tertij ſunt Emendatorij, quibus pro rerum temporumq́ varietate vetera iura vel emendantur, vel immutantur, vel augentur, quales ſunt
  - Codex, in quo idem propemodum qui in Digeſtis ſeruatur ordo, & diuiditur in
    - Libros 12.
    - Titulos 804
    - Leges 4554.
  - Nouellæ conſtitutiones Iuſtiniani, quæ promiſcuè poſitæ, diuiduntur poſtea in
    - Collationes 9.
    - Conſtitutiones 165.
  - Feudorum libri duo, quorum nullo ferè ordine
    - Primus / Secundus Tit. habet 25 / 58.
  - Conſtitutiones duæ, quarum
    - Prima eſt Friderici II Imperat. De ſtatutis & conſuetudinibus, contra libertatem Eccleſiæ editis, & immunitate, &c.
    - Altera eſt Henrici VII. imp. Quomodo in læſæ maieſtatis crimine procedatur.

CONIVNCTIONES
TITVLORVM SIVE RVBRICARVM VTRIVSQVE *Iuris rectè atque ordine digeſta.*

DISPOSITIO PANDECTARVM PARTICVLARIS.

I. PARS. τὰ πρῶτα.

IVri operam daturum, ante omnia noſſe oportet finem ſuæ artis, quæ eſt Iuſtitia: tum prima artis principia, quæ ſunt, Iuris definitio, diuiſio a, origo b, partes & ſpecies c: poſtremò, eiuſdem diſciplinæ obiecta: quæ tria numero vſitatè ponuntur, Perſonæ, res & actiones. Perſonarũ vna diuiſio eſt ex Iure gentiũ d, quo iure oẽs homines ſerui ſunt, aut liberi e: altera, ex Iure ciuili, quo partim ſui iuris, partim

a 1. de iuſtit. & iure.
b 2. de orig. iuris.
c 3. de legib. & SC.
d 4. de conſtit. pecun.
e 5. de ſtatu perſonarũ.

A alie-

f 6. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. *alieni cēſentur f: vt ſerui et filijfamiliàs: tam nati ex iuſto matrimonio,*

g 7 de adop. & emācipat. *quàm adoptati g, quoad ſcilicet emancipentur. Rerum ſpecies, ex diuiſione: qualitates, ex ſingularū proprietate pernoſcuntur*

h 8. de rer. diuiſ. & qualit: *h: In tractatu actionum, primùm videndum eſt, à quo actio impetrari, & coram quo inſtitui debeat. Vtrumque munus ſuſtinent Magiſtratus: quorum generàle quaſi collegium atque*

i 9. de Senatoribus. *corpus, eſt ordo Senatorius i. Magiſtratuum porrò in Repub. Romana duo præcipuè fuerunt genera: nam in vrbanos & prouinciales olim diſtribuebantur, quorum hi foris, illi domi Rempub. adminiſtrabant. Vrbani magiſtratus, ſunt primo ſecundum Principem loco, Conſules,*

ſules, qui ſummæ rei præſunt k: ſecundò Præfectus prætorio l, qui diſciplinæ aulicæ: tertiò Præfectus vrbi m, qui diſciplinæ vrbanæ: quartò Quæſtores n, qui conquirendis cuſtodiendisq́ pecunijs: quintò Prætores o, qui iuriſdictiōi: ſextò Præfecti vigilum p, qui cuſtodiendæ ciuitati præficiebantur. Porrò magiſtratus prouinciales mittebantur vel in prouincias cōſulares Senatus populiq́ nomine, cum generali ſummôque (vt in libera Repub. vſitatum anteà fuerat) imperio: vt proconſules, et eorum legati q. Vel in Cæſareas, cum imperio non æquè libero, ſed ad Principis diploma reſtricto: vt Præfectus Auguſtalis r, et Præſides ſ, vel cum iuriſdictione limi-

k 10. de offi. conſul.
l 11. de offic. præf. præt.
m 12. de offi. præf. vrbi.
n 13. de offi. quæſt.
o 14. de offi. prætor.
p 15. de offi. præf. vigil.
q 16. de offi. proconſ. & legati.
r 17. de offi. præf. Auguſtal.
ſ 18. de offi. præſid.

limitata alligataq́;, aut ad certam cauſarum vniuerſitatem, vt procurator Cæſaris t: aut ad certum locum, vt Iuridicus ciuitatis Alexandriæ u. Quibus omnibus delegati iudices x & aſſeſſores y adminiſtrabant. De his ergo ordine, & iuſta (ſicuti propoſitum eſt) ſerie in primo Digeſto. libro pertractatur.

t 19. de offi. procur. Cæſ.

u 20. de offi. Iurid. Alexand.

x 21. de off. eius, cui mã. eſt iuriſd.

y 22. de off. aſſeſſ.

LIB. II.

Præcognitis igitur Magiſtratuum, qui in primo libro exponuntur, generibus: aptè deinceps exquiritur, cuiuſnam ſit Iuriſdictio, & cui ſubiectus ſit is, quem conuenire volumus a: eo cognito, ſubinde actio ſeu iudicium, & citatio à competente Iudice eſt impetranda. Qua in parte ne quis aut petere aut concedere ius iudiciúmue iniquum au-

a 1. de iuriſdict.

audeat, primùm edicitur, vt quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit vel obtinuerit, eodem & ipſe quandoq; vtatur b. Quæ eſt æquiſsima lex talionis, & vtilis conſtituendis rectè iudicijs regula. Secundò, vt ſua conſtet iudicijs & decretis uis atque auctoritas, denunciatur pœnale iudicium ijs, qui Ius dicenti non obtemperant c. Ita ordinata & munita iudiciorum et actionum impetratione, ſequitur in ius vocatio: quæ eſt veluti quoddam iudiciorum fundamentum. Huic autem d aut parendum eſt e, aut ſatiſdandum f: nec licet impunè cuiquam in ius uocatum ui eximere, aut quoquo modo operã dare, ne citatus in ius ueniat g. Poſt citationem ſatiſdatio à reo exi-

b 2. Quod quiſq; iur.

c 3. Si quis ius dic. non obtemp.

d 4. de in ius vocando.

e 5. Si quis in ius voc. non ierit.

f 6. In ius voc. vt eant aut ſatiſd.

g 7. Ne quis eum qui in ius vocat.

exigitur iudicio ſiſti, ne inutilis reddatur citatio h: quæ ne quidem ab alieno, quamuis nihil promiſerit i, nedum à reo eiúsue vadibus k, violari negligiq́; impunè poteſt. His expeditis, niſi feriæ intercurrentes, aut dilationes, quæ ex iuſta cauſa reis petentibus dari ſoleant, remorentur l: ædit actor actionem, iusq́; omne ſuum quo vſurus eſt, explicat m. Quo introſpecto perpenſoq́; ſæpius rei de iure actoris edocti, & euentum litis metuentes, quoquo modo cum aduerſarijs paciſcuntur n aut tranſigunt o. Quare de his hoc in libro atq; loco potiſsimùm tractatur. Si res coire nequit, nec ſubterfugere iudicium reus poteſt: aliam exceptionem ab illegitima agen-

h 8. Qui ſatiſd.cog. vel ſuæ prom. com. Si ex noxal.cauſa, &c.

i 9. De eo per quem fact. erit.

k 10. Si quis caut. in iud. ſact. non ob temp.

l 11. de ferijs & dilat.

m 12. de ædendo.

n 13. de pact.

o 14. de tranſact.

LIB. III.

gentis perſona deſumit. Itaq; poſtu- a 1. de poſtulando.
latſe audiri, & contradicit aduer-
ſarij deſiderio a: oſtenditq;, ſi po- b 2. de his qui not. infam.
teſt illius agendi poſtulandiue non
eſſe: vt quia infamis b, parum ido- c 3. de procurat. & def.
neus procurator, defenſor c, Syn d 4. Quod quiſq; vni. nom.
dicus d, negociorum geſtor e, & e 5. de nego. geſt.
generatim, quia calumniator f, etc. f 6. de calumniat.
De his itaque tertio libro compoſi-
tores iuris, ordine agunt. Si ne ſic LIB. IIII.
quidem euaſio procedit, tentat reus
eam à ſua perſona, æquitateq; ſuæ
cauſæ impetrare: non quidem infi-
cians, quin ſtricto iure teneatur: ſed
interim oſtendens, æquum eſſe, vt
propter probabiles circumſtantias
in integrum contra actionem reſti-
tuatur, & à ſeueritate iudicij ab-
ſoluatur a; vt quia vi metúue com- a 1. de in integr. reſtitu.

pulſus b, dolo inductus c, infirmitate ætatis minoris lapſus & circumuentus d, capitis minutione in fraudem adductus e, per abſentiam aliámue iuſtam cauſam f, factúmue aduerſarij g, læſus, &c. Fit etiam vt excipiat reus de facto compromiſſo, petatq́; rem controuerſam ab eo qui arbitrium recepit, extra iudicij aleã amicè cõponi h, quam exceptionem Iudex admittit, minuendarum litium cauſa: cogitq́; arbitrum ſententiam dicere, quaſi obligatum ex recepto: aliorum exemplo, qui eo ipſo quod quid recipiunt, ex cauſa recepti obligantur i. Et hæc quidem τὰ πρῶτα ſunt, & principia iudiciorum: in quibus exponendis prima Pandectarum

b 2. Quod met. cauſ.
c 3. de dolo malo.
d 4. de minor 25. ann.
e 5. de cap. minut.
f 6. ex quib. cauſ. ma.
g 7. de alienat. iud. mut. cauſa fac.
h 8. de recept. arbit.
i 9. Nautæ caupon. ſtab.

pars

pars conſumitur, de his enim omnibus antè quæri & excipi poteſt, & etiam ſolet, quàm reus iudicium ſuſcipere, et ſua reſponſione litem conteſtari compellatur.

PRIMVS LIBER
HABET TIT. XXII.

Ad hãc partem ſpectant duo priores libri Cod.

1 De iuſtit. & iure
- *C. de ſumma trinit. & fide catholica, quia ibi de religione, quæ potior pars eſt iuſtitiæ.*
- *Ext. de ſumma trinit. & fide cathol. c. 1. 2. 3. 4. diſt. 6.*
- *Inſtitut. de iuſtit. & iure.*

2 De orig. iur. & omniũ Mag.
- *C. de veteri iure enucleando.*
- *Diſtinct. 7. per tot.*
- *Inſtitut. de iure naturali, gent. & ciuili. §. & non ineleganter. Et in alijs ibid.*

- *C. de legib. & conſtitut. princip.*
- *C. de Senatuſconſult.*
- *C. quæ ſit longa conſuetudo.*

3 De legib. S. C. & longa cõſ.
- Ext. de conſuetud.
- Diſtinct. 11. & 12. vbi de conſuetud.
- Inſtitut. de iure nat. gent. & ciuili per tot. tit.

4 De cõſtit. princip.
- C.
  - De legibus et conſtitut. princip.
  - De mandat. princip.
- Ext.
  - De conſtitut.
  - De reſcrip.
  - vtrobiq; et in decret. & in ſexto.
- Diſtinct. 10.
- In No. de mand. princ. colla. 3.
- Et in No. vt factæ nouæ conſtitutiones &c.
- Inſtitut. de iure nat. gent. et ciuili. §. ſed & quod.

5 De ſtatu homin.
- C. libro 7. p 15. Tit. à principio.
- Inſtitut. de iure perſonar.
- Ext. de ſeruis nõ ordinand. ext. de eor. man.
- Diſtinct. 54. per tot. Et 12. quæſt. 2. c. liberti eccleſiæ.

De his

6 De his qui ſunt ſui vel alie. iur.
- C. lib.
  - 4. ſi ſeruus exportād. ven.
  - 5. de ſeruis fug. in pr.
  - 7. per 15. Tit. à pr. vt ſupr.
- Inſtitut. qui ſunt ſui vel al. iur.
- Ext. de ſtatu hom.
- Diſtinct. 54. vt ſup.

7 De ado. & emancip.
- C.
  - de adopt.
  - de emancipat. libero.
- Inſtitut. de adopt.
- Ext. de cognat. lega.
- 30. Quaeſt. 3. c. 1. & c. per adopt.

8 De rer. diuiſione.
- Inſtitut. de rerum diuiſ.
- Nouella de non alienand. aut permutand. rebus eccleſiaſt.
- Ext. de reb. eccle. alien. vel non.
- 2. Quaeſt. 2. c. ſine exceptione.
- Et 12. quaeſt. 2. c. aurum.

9 De Senatoribus.
- C. vbi ſenator vel clariſſimus.
- Inſtitut. de iure natur. gent. & ciuil.

10 De officio conſul.
- C. li. 12. vt de cōſulib. et nō ſparg. ab his pec.
- In Nouella de cōſulib. collat. 4.
- Inſt. de iur. na. gē. et ci. §. lex eſt.

11. De offi-

11 De offi- cio præf. præt. { Cod. { de officio præf. præt. Orient. & Illyr. de offic. præf. prætorio Africæ.

12 De offic. præfect. vrbi. { C. de officio præfecti vrbi.

13 De offi- cio Quæſto. { Cod. { de officio Quæſtoris. de Quæſtorib. & Magiſtrat. off. lib. 12. de off. Mag. officior.

14 De offi- cio Præt. { Cod. { de off. prætor.

15 De offic. præfecti vigil. { Cod. { eod.

16 De offi. procon- ſul. et leg. { Cod. eod. Ext. de off. legati.

17 De offic. præfecti Auguſt. { Cod. eod.

De offi-

18 De officio præſid. — Cod. eod. / Cod. de officio rectoris Prouinciæ.

19 De officio ꝓcurat. Cæſ. — Cod. de officio Conſul. Orient.

20 De offic. iud. Alex. — Cod. eod.

21 De off. eius cui mand eſt iuriſd. — Cod. eod. / Ext. de off. legati.

22 De officio aſſeſſor. — C. de aſſeſſoribus et domeſtic. & cancel. iud.

LIBER II. HABET TIT. XV.

1 De iuriſd. omnium iudic.
- Cod. eod.
- Inſtitut. de off. iudic.
- In Nouella de iudicib. collat. 6.
- Ext. eod.
- Ext. de foro competenti.
- 3. Quæſt. 7. c. infamis. §. tria.

Quod

2 Quod quiſq; iuris &c. — Diſt. 1. in prin. & in c. cum oēs. Ext. de conſtitu. — Non reſpondent peculiariter.

3 Si quis ius dicēti nō obtēperauerit — Cod. de modo mulctar. quæ à iudicibus inflig. Ext. de dolo & contumac. p tot. 3. Quæſt. 9. per tot. Et 4. quæſt. 6. 24. &c.

4 De in ius vocan. — Cod. eod. Ext. de reſcript. de foro competenti. de off. delegati. de officio iudicis. 5. Quæſt. 2. per tōt.

5 Si quis in ius vocat. non venerit, &c. — Cod. — Si à non compet. iudice iudicat. eſſe dic. Si contra ius vel vtilitat. publ. libr. 2. Si aduerſus rem iudicat. lib. 2. De iudicijs, l. apertiſſimi iuris. De modo mulctar. Ext. de dolo & cōtumacia, c. 3.

In ius

6 In ius vocati vt eant etc.	*Non reſpondent ſpecialiter.*
7 Ne quis eum qui in ius vocat. eſt, vi exim.	*Inſtitut. de actionib. §. pœnales.*
8 Qui ſatiſdare cog.	*Cod. de ſatiſdat.* *Inſtit. de ſatiſdat.*
9 Si ex noxali cauſa agatur, quẽ ad. ca. *10 De eo p quẽ fact. erit.* *11 Si quis caution. in iudicio & eat.*	*Non reſpondent ſpecialiter.*

De ſe-

12 De feriȳs & dilationibus. { Cod. de feriȳs. Ext. de feriȳs. De conſecrat. diſtinct.3.per tot.

13 De edendo. { Cod. eod. Ext. de libelli oblatione. 2. Quæſt.8.& diſtinct.81. c.maximum.

14 De pact. { Cod. eod. Inſtitut.de { Actionib.§.de cōſtituta auth. Quib. mod.re contrah.obligatio. } Ext.de pa. 22. Quæſt.4.c.in multis.

15 De trāſa. { Cod. eod. Ext. eod. 5. Quæſt.2.c. primates.

TERTIVS LIBER
HABET TIT. VI.

1 De poſtulando. { Cod. eod. Ext. eod. 9. Quæſt.2.& 15.quæſt. 2. De pœnitentia diſtin. 1. c.nemo.

De his,

2 De his, q̃ notant. infamia.
- Cod. de cauſſ. ex quibus infam. irroga.
- Inſtitut. de ſuſpect. tut. vel curat. §. ſuſpectos.
- Ext.
  - De elect. & electi poteſt. c. cõſideramus.
  - De hæretic. c. excommunicamus.
  - De reſcriptis, c. ſciſcitatus.
  - De teſtib. c. tã literis.
- 7. Quæſt. 1. c. illi qui. Et 3. quæſt. 7. c. infames. §. porrò. Et. 3. quæſt. 5. c. cõſtituimus. 2. q. 7, c. alieni. & c. teſtes, iuncta col. ibidem. Itẽ 4. quæſt. 1. c. diffinimus.

3 De pcurat. et defenſorib.
- Cod. de procurat.
- Inſtit. de ſatiſd. §. ſin autem. Et §. ſi verò.
- Ext. de procuratoribus.
- 9. Quæſt. 3. c. cũm ſimus. Et 3. q. 7. c. infames.

4 Quod cuiuſq; vniuerſit. no.
- Ext. de Syndico.

5 *De negocijs geſtis.* — *Cod. eod.* / *Inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi contr.*

6 *De calumniat.* — *Cod. eod.* / *Ext. eod.* / *5. Quæſt. 6. per tot.*

QVARTVS LIBER HABET TITVLOS IX.

1 *De in integ. reſt.* — *Cum hoc cōcordāt multi tit. C. circiter 33. ad fi. ferè 2. libri. Item facit tit. C. de ſenten. paſſ.* / *Ext. de in integ. reſtitut.* / *2. Quæſt. 3. in c. fi. & 2. q. 2. per tot. & 3. q. 1.*

2 *De eo quod met. cau. geſt.* — *C. de his quæ vi metúsue cauſa geſta ſunt.* / *Ext. de his quæ vi met. cau. ſūt.* / *15. Quæſt. 6. 20. quæſt. 3. & 30. quæſt. 5. & 6.*

3 *De dolo malo.* — *Cod. eod.* / *Extr. de dolo & contumacia.* / *3. Quæſt. 9.*

De mi-

4 De minor. 25. ann.
- Huc ſpectant ferè 7. tit. Cod. ad fin. 2. lib.
- Ext. de in integr. reſtit.
- 2. Quæſt. 3
- In Nouel. de temp. non ſol. pecu. ſuper dote, verſ. ſin autem, coll. 7. vbi gl.

5 De cap. minut.
- Quoad minimam:
  - Cod. de adopt.
  - In Nouell. de hæred. ab inteſt. ven. coll. 9. §. 1.
- Quoad maximam:
  - In Nouella de ſentent. paſſ.
  - Inſtitut. de capit. diminut.
  - Ext. de ſenten. excommun.
- 11. Quæſt. 3.

6 Quib. ex cauſ. maior. in integr.
- Cod. quibus ex cauſis maiores 25. annis in integrum reſtitu.
- Ext. de in integrum reſtitut.

7 De alienat. iud. mut. cauſa facta.
- Cod. eod.
- Ext. eod.
- 11. Quæſt. 1. c. vltim. cum ſimilibus.

8 *De recept. arbitr. qui arbitr. recep. vt ſummam dicant.*
- *Cod. eod.*
- *Ext. eod.*
- *De arbitr. in 6.*
- *In Nouell. de iudicib. Et ne cum iureiuran. deligantur &c. §. quia rerum mulctæ, collat. 6.*
- *2. Quæſt. 6. c. arbitrari, & c. à iudicibus cũ c. ſeq. & 3. q. 7. c. tria.*

9 *Nautæ caupon. ſtab. vt recepto reſtit.*
- *Cod. de exercit. & inſtitor. act.*
- *Inſtitut. quod cum eo qui in al. poteſt. §. igitur iuſſu domini.*
- *Inſtitut. de obligat. quæ ex delicto naſc.*

*DISPOSITIO PANDECTA*RVM PARTICVLARIS.

PARS II.

LIB. V.

HIs expoſitis compoſitores in ipſa ingrediuntur iudicia a: quæ aut ſunt ciuilia, aut criminalia, aut fiſcalia ſeu extraordinaria *. Ciui-

a 1. de iudic. & vbi quis ag. vel con.

* l. 1. §. fin. de calum.

Ciuilia aut merè ciuilia, aut prætoria: illa rurſus aut realia, aut perſonalia, aut ex his permiſta. Reales actiones aut vniuerſales ſunt, quibus vniuerſitas rerum petitur: vt querela inofficioſi b, petitio hæreditatis c, ſiue pro toto, ſiue pro parte d, ſiue ab hærede, ſiue bonorum poſſeſſore e, ſiue etiam à fideicommiſſario f proponatur: aut ſingulares ſunt, ſeu ſpeciales, quibus particulares res perſequimur. Res autem eiuſmodi, ſunt aut corporales, aut incorporales. Ad corporalium rerum perſecutionem, competunt rei vendicatio a Publiciana, tam directa b, quàm vtilis c. Res incorporales, quæ vindicantur, ſunt ſeruitutes: quarum aliæ perſonarum

b 2. de inoff. teſt.
c 3. de petit. hæred.
d 4. ſi pars hær. pet.
e 5. de poſſ. hæred. pet.
f 6. de fideicom. hæ. pet.

LIB. VI.

a 1. de rei vendicat.
b 2. de Publi. in rem act.
c 3. ſi ager vectig.

LIB. VII. *ſunt, aliæ prædiorum. Perſona-*
a 1. de vſuf. & quemad. quis vtatur. *rum, vt vſusfructus a, qui varijs mo*
dis acquiritur b & extinguitur c,
b 2. de vſuf. accreſc. *nec in omnibus rebus conſtitui vno*
3. quando dies leg. vel vſufr. ced. *modo poteſt d. Actio autem qua*
huiuſmodi ſeruitus petitur, duplex
c 4. quibus mod. vſusfr. amit. *eſt, pro duplici agendi ratione &*
modo, alia confeſſoria, qua actor
d 5. de vſuf. ear. rer. quæ vſu conſ. *confitetur & aſſerit ſibi vſumfru-*
ctum deberi: alia negatoria, qua ne-
e 6. ſi vſusfr. pet. *gat eum competere aduerſario e.*
In perſonalibus ſeruitutibus ſunt e-
f 7. de oper. ſeruor. *tiam operæ ſeruorum f, item vſus*
g 8. de vſu & habit. *& habitatio g: quarum omnium ſer*
uitutum nomine is, cui conſtituuntur,
h 9. vſusfru. quẽ caueat. *cauere ſolet, ſe boni viri arbitratu*
LIB. VIII. *vſurum, fruiturum h. Reales ſer-*
a 1. de ſeruitut. *uitutes ꝓpriè ſeruitutes dicuntur a:*
quarum aliæ ſunt vrbanorum præ-

dio-

diorum b: aliæ ruſticorũ c, quæ etſi docendi cauſa ſic diſtinguuntur, tamen multa habent inter ſe communia d. Certè eodem modo vendicantur, aut cõfeſſoria actione: vt cùm dico, mihi ius eundi, agẽdi eſſe per fundũ tuũ: aut negatoria, cùm nego, tale ius tibi in meo fundo eſſe e. Cõtra vendicantem porrò excipere poteſt reus, aut ſeruitutẽ non rectè conſtitutã eſſe: aut ſi ſit, non vtendo, vel alijs modis eſſe amiſsam f. Magnã autẽ cum iſtis iudicijs realibus affinitatem habent eæ actiones, quæ nõ ex cõtractu, aut vero delicto aliquo, vt actiones perſonales, ſed ex facto, aut quaſi delicto oriuntur, aut occaſione rei quæ poſsidetur, cõpetunt, vt cùm damnũ datũ eſt, vel per qua-

b 2. de ſeruitu. vrbanor. præd.
c 3. de ſeruitutib. ruſtic. prædior.
d 4. cõmun. prædior.
e 5. ſi ſeruit. vend.
f 6. quemadm. ſeruit. amit.

LIB. IX.

a 1.ſi quadrup.paup.ſec.dic. drupedē alterius a, vel ꝑ hominē b, b 2.ad leg. Aquil. aut cùm cauſa damno præbita eſt c: c 3.de his qui deiecer. quibus in actionibus ſi per ſeruum d 4.de noxal.act. damnum datum fuerit, cogitur dominus aut noxæ dedere ſeruum, aut LIB. X. damnum reſarcire d. His iuncto ordine annectuntur & mixta iudicia: quorū pleraq; realia verè ſunt, quamuis perſonales præſtatiões habeant, vt iudicium finium regundorum a, familiæ herciſcundæ b, com- a 1.finium regund b 2.fa.herc. c 3.com.diuid. muni diuidundo c. Nonnulla verò præparatoria vendicationum: quæ ſcilicet inſtituendis iudicijs realibus muniunt viam, & proinde quamuis perſonalia ſint, tamen in rem dirigi d 4.ad exh. perhibentur: vt actio ad exhibendum d. Item actiones interroga- LIB. XI. a 1.de interrogat.in iure fac. toriæ a, et quæſtio de quibus rebus con-

2. l. Interficiendo 68.	*2. l. Quod ab alio 15. de cond. furt.*
3. l. Quære 77.	*3. l. Qui furtum 16. de condict. furt.*

Arborum furtim cæſarum.

TIT. VII.

1. l. Qui agrũ vlt.	*1. Ex tit. ad legem Aq.*

Vi bonorum raptorum.

TIT. VIII.

1. l. 1.	*1. Ex tit. ad legem Aq.*

De iniurijs & famoſis libellis.

TIT. X.

1. l. Si cum ſeruo 4.	*1. Ex titu. de liberali cauſa.*
2. l. Si liber 22.	*2. l. 1. De fugitiuis.*
3. l. Si quis 24.	*3. Ex tit. de peti. hæred.*
4. l. Si ſtuprũ 25.	*4. Ex tit. ad legem Aq.*

5. *l. Si quis ſeruum 26.*	5. *Ex titu. de ſeruo corrupto.*
6. *l. Si ſtatua 27.*	6. *Ex tit. de relig. et ſump.*

De ſepulchro violato.

TIT. XII.

1. *l. Si ſepulchrũ 2.*	1. *l. 1. Ad legem Aquil.*
2. *l Prætor ait 3.*	2. *l. Locum ff. de relig.*
3. *l. Sepulchra 4.*	3. *l. Ex conſenſu 3. de relig.*

De præuaricatoribus.

TIT. XV.

1. *l. 1.*	1. *l. Athletas 4. §. præuaricator ff. de his qui not. infam.*

De popularibus actionibus.

TIT. XXIII.

1. *l. Mulieri 6.*	1. *Ex tit. de religioſ.*

LIBER XLVIII.

De publicis iudicijs.

TIT. I.

1. *l. 1.*	1. { *l. Sepulchri 8. ff. de ſep. viol.* / *l. Concuſſionis 2. ff. de concuſſ.* / *l. Præuaricatiõis 3. ff. de præuaric.* }

2. *l. In-*

2. l. *Infamem* 7.	2.	*l. Non poterit* 64. *de furt.* *l. Diuus Seuerus* 40. *de iniur.* *l. Si is de cuius* 4. *ff. de præuaric.*

De accuſationibus & inſcriptionibus.

TIT. II.

1. *l. In eum* 15.	1. *Ex titu. de vi bonorum raptorum.*

Ad leg. Iul. de vi publica.

TIT. VI.

1. *l. Qui dolo* 10.	1. *Ex titu. de interdict. ſiue extraord. act.*

Ad leg. Iul. de vi priuata.

TIT. VII.

1. *l. Si quis aliquem* 5.	1. *Ex titu. de interdict. ſiue extraord. act.*

Ad leg. Cornel. de ſicarijs.

TIT. VIII.

1. *l. Si mulierē* 8.	1. *Ex titu. ſoluto matri.*
2. *l. Furem* 9.	2. *Ex tit. de furt.*
3. *l. ſi quis dolo* 10.	3. *Ex tit. ad leg. Aq.*

Ad leg. Iul. repetundarum.

TIT. XI.

1. *l. Quod cōtra* 8.	1. *Ex tit. de vſurp. & vſuc.*

Ad legem Iul. peculatus.

TIT. XIII.

1 l. Qui perforauerit.	*1. Ex titu. ne quid in loco publico.*

De quæſtionibus.

TIT. XVIII.

1. l. hæreditarij 2.	*1. Ex tit. de bonor. poſſ.*
2. { l. Conſtitutione 3. l. ſi quis 12.	*2. Ex titu. de lib. cauſa.*

De pœnis.

TIT XIX.

1. l. Si præſes 32.	*1. Ex titu. de his qui not. infam.*
2. l. Interpretatione 42.	*2. Ex tit. de legibus.*

De bonis damnatorum.

TIT. XX.

1. l. Cùm ratio 7.	*1. l. Qui in vtero 7. de ſtat. hom.*

De bonis eorum, qui ante ſentent. &c.

TIT. XXI.

1. l. 1.	*1. l. Eius q. 29. de iure fiſci.*

De ſentent. paſsis.

TIT. XXIII.

l. 1.	*1. Ex tract. libertor.*

LIBER

LIBER XLIX.

De appellationibus & relationibus.

TIT. I.

1. l. Ab executore 4. §. alio.	*1. l. Sapè 63. de re iudic.*
2. l. Negotiorum 24.	*2. 3. Negociorum vlti. de re iud.*

De iure fiſci.

TIT. XIIII.

1. l. In fiſci cauſis 4.	*1. Ex titu. de his qui not. infam.*
2. l. Si curator 5.	*2. { l. 1. De offic. procur. Caſ. / Ex titu. de rei vindicat.*
3. l. Fiſcus 6.	*3. Ex tit. de rebus auct. iu.*
4. l. Si fiſcus.	*4. Ex tit. de lib. cauſa.*

De captiuis.

TIT. XV.

1. l. Pater 10.	*1. l. Si pater 15. de ſuis et le.*

De Caſtrenſi peculio.

TIT. XVII.

1. l. 1.	*1. Ex tit. de petit. hæred.*
2. l. Si fortè 8.	*2. Ex titu. de teſtam. mil.*
3. l. Ex caſtrenſi 18.	*3. l. Filiusfamil. 93. de regu. iur.*

LIBER L.

Ad municipalem & de incolis.

TIT. I.

1. *l Ea quæ 26.*	1. *l. Nubere 4. de iuriſdict.*
2. *l. Incola 29.*	2. *Ex. tit. de iuriſdict.*
3. *l. Ea quæ 22.*	3. *l. In ſponſalibus 14. de ſponſal.*

De legationibus.

TIT. VII.

1. *l. Qui libera 14.*	1. *Ex titu. de exceptionibus.*

De extraordinarijs cognitionibus.

TIT. XIII.

1. *l. Si iudex 4.*	1. *l. Ex maleficio 4. de oblig. & act.*

De verborum & rerum ſignificationibus.

TIT. XVI.

1. *l. Verbum 1.*	1. *Ex titu. Si quis ius dic. non obt.*
2. *l. Vrbis appellatio 2.*	2. *Ex tract. de iuriſdict.*
3. *l. Itinere faciendo 3.*	3. *Ex titu. Si quis cautionibus, vide l. primam, quæ Caij eſt eod.*

4. *l. No-*

4. l. Nominis appellatione 4.	4. Ex titu. de iuriſdict. vbi de formulis iudiciorum.
5. l. Rei appellatio 5. §. opere locato.	5. Ex titu. de iuriſdict. Et hæc ad formulas pertinet.
6. l. Nominis & rei appellatio 6.	6. Coniunge l. primam de oper. ſer. videtur & hoc cap. ad formulas pertinere.
7. l. creditores 10.	7. Ex titu. Qui ſatiſdare cog. & ex titu. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur.
8. l. Mulieris appellatione 13.	8. Coniunge l. cum eo. §. vlt. de reg. iur.
9. l. Bona ciuitatis 15.	9. Ex titu. quod cuiuſque vniuerſ.
10. l. Eum qui vectigal 16.	10. Ex eodem tit.
11. l. Munus 18.	11. Ex eodem tit.
12. l. Labeo 19.	12. { Ex titu. de minoribus. l. Ait Prætor.
13. l. Verba 20.	13. Ex titu. de capit. minut.
14. l. Princeps 21.	14. Ex tract. reſtitut.

15. l. Ni-

15. l. Nihil eſt aliud 24.	15. Ex tit. de petit. hæred.
16. l. Rectè dicimus 25.	16. Ex. titu. de rei vindic. vel de vſufr.
17. l. Partum 26.	17. Ex titu. de Public. in rem. Coniunge l. ſi aliena de vſur.
18. l. Alienationis 28.	18. Ex titu. de rei vindic. Fortè ex titu. quod vi aut clàm.
19. l. Coniunctionem 29.	19. Ex tit. de vſufruct. l. ex ſylua.
20. l. Sylua cædua 30.	20. Ex titu. ad legem Aquil.
21. l. Pratum 31.	21. Coniunge l. 6. de vi armata.
22. l. Reſtituere 35.	22. Ex titu. de in litem iur.
23. l. Verbum oportere 37.	23. vide l. primam eodem titu.
24. l. Oſtentum 38.	24. Ex titu. de religioſ. vbi quæritur de ſepultura huiuſmodi partus.
25. l. Subſignatum 39.	25. Ex titu. de acquirend. poſſeſſ.
26. l. Deteſtatio 40.	26. Ex titu. vi bonorum raptorum.

27. l. Ar-

27.l. Armorũ 41.	27. Ex titu. de vſucap. vbi de poſſ. & vi.
28.l. Probrũ 42.	28. Ex tit. de iniurijs, vide l. item apud Labeonem eod. tit.
29. l. Verbo victus 43.	29. Ex tit. de re iudic. ſicut & capita ſequentia, vide l. ſi victum eodem titu.
30. l. Liberationis 47.	30. Ex tit. de re iudic. l. 4. Coniunge l. ſolutiõis ff. de ſolutionibus.
31. l. Nurus 50.	31. Ex titu. de rebus auct. iud. poſſ.
32. l. Patroni 52.	32. Ex titu. de rebus auct. iud. poſſ.
33. l. Conditionales 45.	33. Ex titu. de rebus auct. iud.
34. l. creditor 55.	34. Ex titu. de rebus auct. iud. vide l. qui in naue eod. tit.
35. l. Cognoſcere 56.	35. Ex l. 15. de rebus auct. iud.
36. l. Cui præcipua 57.	36. Ex titu. de rebus auct. iud. vbi de Magiſtris, qui adſcribebantur rebus vendendis, vt ait Theoph. in Inſtitut.

37. l. Li-

37. l. Licet 58.	*37. Ex titu. de curat. bon. dando.*
38. l. Portus 59.	*38. Ex tit. de fluminibus.*
39. l. Locus 60.	*39. Ex interdicto, ne quid in loco publico, vide l. 2. eod.*
40. l. Satiſdationis 61.	*40. Ex titu. vti poſſidetis, vbi fit ſatiſdationis mentio. In l. adeò. §. cùm in ſuo de acquir. rer. dom. Eadem eſt interpretatio eiuſdem auctoris.*
41. l. Tigni appellatione 62.	*41. Ex tit. de lib. exhib.*
42. l. Penes 63.	*42. Ex l. Pomponius de acquir. poſſeſſ.*
43. l. Hæredis 65.	*43. Ex titu. de litigioſ.*
44. l. Alienatum 67.	*44. Ex titu. de Prætorijs ſtipulationib.*
45. l. Illa verba 68.	*45. Ex titu. de Præt. ſtipulat.*
46. l. Hæc verba 69.	*46. Ex tit. de Prætor. ſtipulat.*
47. l. Sciendũ 70.	*47 Ex tit. de Præt. ſtip.*
48. l. Aliud eſt capere 71.	*48. Coniunge l. primam ff. ſi cui plus, quàm per legem Falcid.*

49. l. Ap-

49.l. Appellatio- ne rei 72.	*49. Extract. de Pratorijs ſtipulationibus.*
50. l. Signato- rius 74.	*50. Exemplum eſt peten- dum ex l. Aediles a- iunt, ff. de Aedilit. edi- cto.*
51.l. Dediſſe 76.	*51. Ex titu. de liberali cau- ſa.*
52.l. Frugem 77.	*52. Ex titu. de aquaplu. arcen.*
53.l. Impenſa 79.	*53. Ex l. 27. de iure dot.*
54.l. Verbum am plius 82.	*54. Ex l. amplius ff. rem rat. hab.*
55. l. Quid aliud 86.	*55. Ex l. 9. de ſeruitut. Et l. 6. quemadmod. ſer- uit. amit.*
56. l. Qui uti 90.	*56. Coniunge l. 6. ff. com. prædior.*
57.l. Morum 91.	*57. Coniunge l. 15. ff. ad Trebell.*
58. l. Verbū red- dendi 94.	*58. Coniunge l. cùm qui- dam 21. de legat. 2.*
59. l. Cùm bi- ſextum 98.	*59. Coniunge l. 3. §. mino- rem ff. de minoribus.*
60. l. Notionē 99.	*60. Coniunge l. oratione de ferijs.*
61.l. Inter ſtuprū 101. §. ſeruis.	*61. Coniunge l. ſeruis 81. de legat. 3.*

62.l.Li-

	Hæc inſcriptio oſtēdit ſumptū eſſe hoc reſponſum
62. l. Licet capitalis 103.	*62. ex tract. de publ. iudic. & ex tract. de pœnis, ſicut l. 35. de adult. l. 6. de vi priuata, l. 12. de ſicarijs, l. 27. de falſis, l. 23. de pœnis. Fortaſſis & l. 9. de iure patronat.*
63. l. ἢ τῶν τεκνῶν 104.	*63. Coniunge l. 2. de excuſat. tutor.*
64. l. Modeſtinus.	*64. Ex tit. de aliment. leg.*
65. l. Seruius ait 122.	*65. Cōiunge l. 46. de leg. 2.*
66. l. Cepiſſe 140.	*66. Coniunge l. Senatus ff. de donat. cauſa mort. & l. 30. de libert. leg.*
67. l. triplici 142.	*67. Coniunge l. re coniuncti de legat. 3.*
68. l. Virilis 147.	*68. Ex tit. de iure patron. vbi diſputatur de lege Papia.*
69. l. hominis 152.	*69. Fortè ex l. 13. de ſuis & legit. hæred.*
70. l. Cæterorum 160. l. nomen	*70. Coniunge l. primam de optione leg.*

filia-

filiarum 164.	
71. §.partitionis.	*71. Coniunge l. 5. de teſtamen.tut.l.17.de lega.1. l.5. de oper. libert. l.5. de aſſig.libert. De hac autem partitione vide §.ſed quia de fideicom. hæred.inſtit.*
72.l. Vrbana familia 166.	*72. Cuiacius monuit ad titu. de ſeruitut. inſtitut. hanc l. eſſe conferendã cũ l.ſeruis Vrbanis 99. de legat. 3.*
73. l. Carbonum 167.	*73. Ex titu. de pœnu leg.*
74.l. Pali 168.	*74. Ex l.56. de legat.3.*
75. l. Non tantum 169.	*75. Coniunge l. in tradendis commun.prædior.l. ſi aquæductus, de contrah.empt.l.ſi tibi liberum, de act. empt.*
76.l. Liberti appellatione 172.	*76. Coniunge l. 3. de legit. hæred.*
77. l. Aliud 174.	*77. Coniunge l.non impoſſibile ff. de pact.cum alijs.*
78.l. Pecuniæ verbum 178.	*78. Coniunge l. 2. de hære. vend.*

 79.l.In-

79. l. Inter 179.	79. Ex l. 1. de in litem iur.
80. l. taberna 183.	80. Ex titu. de inſtitor. act. vt & ſeqq. cap.
81. l. Commendare 186.	81. Ex tit. depoſiti.
82. l. Verbũ 187.	82 Ex tit. de hæred. vend.
83. l. Habere 188.	83. Ex titu. de euictionibus.
84. l. Inter 191.	84. Ex tit. de diuortijs.
85. l. Hæc 192.	85. Ex tit. de furt. coniunge l. cum furti, de in litem iurando.
86. l. Hæc verba 193.	86. Ex tit. de furt.
87. l. Pronunciatio 195.	87. Ex tit. vnde legit.
88. l. Familiæ 196.	88. Ex tit. vnde legit.
89. l. Indicaſſe 197.	89. Ex tit. de Senatuſconſulto Silaniano.
90. l. Abſentẽ 199.	90. Ex l. 6. de tutor. et cur.
l. in lege 203. 91. §. quid autẽ.	91. Coniunge l. in lege ff. locati, l. Cæſar, de Publican. & vectig.
92. l. Qui fundũ.	92. Coniunge l. cũm in teſtamento 28. de auro et arg. leg.

93 l Mer-

93. l. Mercis appellatione 207.	93. Coniunge l. qui fundum. ff. de ſeruitut. ruſticorum prædior.
94. l. bonorũ 208.	94. Ex l. Cum quis, ff. de obligat. & act.
95. l. Is qui 210.	95. Ex l. 4. de collat. bonorum, iuncta l. 2. §. 1.
96. l. Cedere 213.	96. Coniunge l. 65. de legat. 3.
97. §. lata culpa.	97. Coniunge l. 125. infr. eodem.
98. l. Liberorum 220	98. Coniunge l. ſi dotali, ff. ſoluto matrimo.
99. l Lata culpa 223	99. Coniunge l. 213. ſupr. eodem.
100. l. Fugitiuus 225	100. Ex titu. de fugitiuis.
101 l Vt ſunt 230	101. Ex l. prima & 6. ad Senatuſconſultum Tertyll.
102 l Quod dicimus 131	102. Coniunge l. æquiſſimũ, ad Tertyll.
103 l Hæc enũnciatio 232	103. Ex l. ſi à reo, de fideicommiſſ.
104 l Malum 242 § ſtraturam	104. Coniunge l. fundi, §. Labeo, de act. empt.
105 l Scæuola 243	105. Coniunge l. alimenta, ff. de aliment. legat.

De diuerſis regulis iuris antiqui.

TIT. XVII.

1. l. Fœminæ 2.	*1. l. Coniunge l. 10. de ſtatu hom. l. 7. de bonorum poſſ.*
2. l. Eius 3.	*2. Coniunge l. 4. de acquir. hær. Ex qua poteſt cognoſci vera lectio.*
3. l. Velle 4.	*3. Ex l. 6. de acquir. hære.*
4. l. In negocijs 5.	*4. Coniunge l. 9. de acquir. hæred.*
5. l. Non vult 6.	*5. Coniunge l. fuit quæſtionis de acquir. hæredit.*
6. l. Iura ſanguinis 8.	*6. Coniunge l. 4. de ſuis & legit.*
7. l. Semper 9.	*7. Ex l. ſi ita ſcriptum 14. de legat. 1.*
8. l. In teſtamentis 12.	*8. Coniunge l. fundi de vſu & habitat.*
9. l. Is qui 15.	*9. Coniunge l. eandem 72. de legat. 3.*
10. l. Cùm tempus 17.	*10. Coniunge l. 10. & 13. ff. quando dies leg. cedit.*
11. l. Quæ legata 18.	*11. Coniunge l. 78. de verborum obligat.*

12. l. Non

12. l. Non debet 21.	12. Coniunge l. ſi legati 11. de manumiſſ. teſt.
13. l. In perſonam 22.	13. Coniunge l. hæc venditio 7. de contrah. empt.
14. l. Contractus 23.	14. Coniunge l. 11. depoſiti.
15. l. Diuus 28.	15. Sumpta eſt ex l. ſi extraneus, de iure dot. Et coniungen. l. ſi quis crediderit, de pact. et l. maritum, ſolut. matr.
16. l. Quod initio 29.	16. Coniunge l. qui à quolibet ff. de cõtrah. empt. & l. 5. de auct. tut. & l. pen. infr. hoc tit.
17. l. Nuptias 30.	17. Coniunge l. 15. de condit. & dem.
18. l. Verũ eſt 31.	18. Coniunge l. 50. de pact. cum aliis.
19. l. Nihil 35.	19. Ex l. an inutilis, de acceptilat.
20. l. Nemo 37.	20. Coniunge l. eum qui, de iuriſdict. l. ſi locus. ff. de iudic. l. ſi iudex, de re iudic.
21. l. Sicuti 38.	21. Coniunge l. 12. de obli. & actionibus.
22. l. Furioſi 40.	22. Cõiũge l. 20. de a. pl. ar.

23 l Neque 45	23. Ex titu. de pignoribus.
24 l Quod à quoquo 46	24. Ex titu. de pignoribus.
25 l Conſilij 47	25. Ex titu. mandati, vide l. 2.
26 l Quicquid 48	26. Ex titu. de diuortijs.
27 l alterius 49	27. Ex titu. de tutelis.
28 l Culpa 50	28. Ex titu. de noxal. act.
29 l Non videtur 51	29. Ex titu. de bonorum poſſeſſ.
30 l Cuius 53	30. Ex titu. ſi quid in fr. patr.
31 l Nemo 54	31. Ex titu. vnde legit.
32 l Nullus 55	32. Ex tit. ſi quis om. cauſa teſt.
33 l Ex pœnalibus 58	33. Ex tit. de peculio.
34 l Domum 61	34. Coniunge l. 2. de oper. pub.
35 l Hæreditas 62	35. Ex titu. de petit. hæredit.
36 l Nemo 70	36. Coniunge l. ei qui, eodem tit. Et l. 24. de verborum ſig.
37 l Omnia 71	37. Coniunge l. ſolet, de off. Prætor.

38 l Fru-

38 l Fructus 72	38. Coniunge l. ne quiſquã, §. vbi decretum de offic. Proconſ.
39 l Nemo 75	39. Coniunge l. vltim. de vſur.
40 l Actus legitimi 77	40. Coniunge l. nonnunquã de collat. bonor.
41 l In toto iure 80	41. Cõiunge l. 8. de tutor. & rationibus diſtrah. exemplum eſt l. ſeruis, de legat. 3.
42 l Quæ dubitationis 81: l cùm amplius 84	42. Coniunge l. 66. mandati.
43 §. Is natura debet	43. Coniunge l Iulianus, de condict. indeb.
44 l In ambiguis 85	44. Cõiunge l. in ambiguis, de iure dot. Et l. Caius, ſoluto matrim.
45 l Nulla 88	45. Ex l. ſi pupillus, de verborum obligat.
46 l Si librarius 92	46. Fortè ex l. 54. de manum. teſtam.
47 l Filiusfa. 93	47. Coniunge l. 18. de Caſtrenſi pecul.
48 l Nemo 103	48. Ex tit. de in ius voc.
49 l Cum ſeruo 107	49. Ex tractatu de iuriſdi.

50. l. Fere 108.	*50. Ex tit. de in ius voc. Et ex titu. ne quis eum qui in ius voc. &c. & tit. de his qui not. infa. vide l. liberorũ, & ſeq. eodem tit.*
51. l. Nullum 109.	*51. Ex titu. de calumniatoribus.*
52. l. Si quis 115.	*52. Coniunge l. 2. eodem ti. quæ idem ferè principium habet.*
53. l. Nihil 116.	*53. Ex titu. de his quæ vi metúsue.*
54. l. Qui in ſeruitute 118.	*54. Ex tit. quibus ex cauſis maior. vbi de vſucapione multa, et de alienat. iud. mut. cauſa &c.*
55 l. Non alienat. 119.	*55. l. 4. §. 1. eodem titu.*
56 l. Nemo 120.	*56. Ex tract. reſtitutionũ.*
57. l. Nemo 126.	*57. Ex tit. de petit. hæred. l. etiam.*
58. l. Cùm Prætor 127.	*58. Ex tit. de petit. hær.*
59. l. In pari 128.	*59. Ex tit. de Publ. in rem act.*
60. l. Nihil dolo 129.	*60. Coniunge l. 178. infr. eodem.*

61. l. Nun-

61. l. Nunq̃ 130.	*61. Ex titu. ad legem Aquil.*
62. l. q dolo 131.	*62. Ex tit. de noxal. act.*
63. l. Impitia 132.	*63. Ex tit. ad leg. Aqu.*
64. l. Bona fides 136.	*64. Ex titu. de petit. hæredit. aut de rei vindicat.*
65. l. Qui auctore 137.	*65. Ex titu. de religioſ. l. & ſi quis. §. ſed ſi ædita.*
66. l. Quod contra 141.	*66. Ex tractatu de vſucap. vide etiam l. quod verò ff. de legibus.*
67. l. Qui tacet 142.	*67. Ex tit. de confeſſ.*
68. l. Quod ipſis 143.	*68. Ex titu. de rebus auct. iud.*
69. l. Non omne 144.	*69. Coniunge l. ſi filiusfa. 88. de verborum oblig.*
70. l. Nemo 145.	*70. Ex titu. Quæ in fraud.*
71. l. Cuius 148.	*71. Ex titu. de rebus auct. iud.*
72. l. Parem 150.	*72. Ex tractatu interdict.*
73. l. Nemo 151.	*73. Ex titu. ne quid in loco publico, vbi mẽtio damni ſit.*
74. l. Hoc iure 152.	*74. Ex titu. de vi armata.*
75. l. Ferè 153.	*75. Coniunge l. quemad-*

	modum de acquir. poſſ.
76 l Cùm par delictum 154	76 Ex tract. interdictor.
77 l Factum 155	77 Ex tractatu interdict.
78. l. Inuitus 156	78 Ex tractatu interd.
79 §. cui damus	79 Coniunge l. primam de ſuperfic.
80 §. cùm quis	80 Coniunge l 3. de itinere actuq́; priuato.
81 l Ad ea 157	81 Ex tracta. interdictor. l. is qui in puteum, §. ſi tutoris, quod vi aut clàm.
82 l Creditor 158	82 Ex titu. de migrando.
83 l Non vt ex pluribus	83 Coniunge l. & an eadem, §. actionis, de except. rei iudicatæ.
84 l Aliud 160	84 Ex tit. de litigioſ.
85 l In iure ciuili 161	85 Ex titu. Prætoriar. ſtipulat.
86 l Cuius eſt donandi 163	86 Ex tit. de lib. cauſa, l. vtique.
87 l Qui rem 166	87 Ex titu. de damno infecto.
88 l Non videntur 167	88 Ex titu. de aqua plu. arcend.

89 l In

89 l In cõdemnatione 173	89 Ex tit. de re iudic.
90 §. Cùm verbum	90 Coniunge l. videamus, de vſur.
91 §. Vnicuique	91 Cõiunge l. mora, de verborum oblig.
92 §. Dolo facit	92 Coniunge l. dolo, de doli except.
93 l Qui poteſt 174	93 Coniunge l. 8. de bonorum poſſ.
94 l Non eſt 176	94 Ex tit. de iniurijs, vide l. 13. & 14. eod.
95 l. Qui in ius 177	95 Ex titu. de heredit. vend.
96 l Cùm principalis 178	96 Cõiunge l. 129. ſup. eod.
97 l In obſcura 179	97 Coniunge l. ſi peculium, de ſtatu libert.
98 l Quod iuſſu 180	98 Coniunge l. ſi donaturus, de condict. cauſ. data.
99 l Etſi 183	99 Ex titu. de in integrum reſtit. l. Diuus.
100 l Vani 184	100 Coniunge l. ſi quis ab alio, de re iudic.
101 l Ea quæ 192	101 Coniunge l. 3. de ſeruit. leg.

102 l Ex-

102. *l. expreſſa 195.*	102. *Ex l. nonnunquam de condit. & demonſtrat.*
103. *l. Priuilegia 196.*	103. *Ex titu. de iure immun.*
104. *l. Semp 197.*	104. *Coniunge l. 42. de ritu nupt.*
105. *l. Res iudicata 207.*	105. *Coniunge l. ingenuum, de ſtatu hom.*

Coniunctionum & Conciliationum Legum Pandectarum finis.

LEGES PASSIM IN *FF. SVB DIVERSIS TIT.* INGEMINATAE ET repetitæ.

Ingeminatur Diui Marci reſcriptum, de eo, qui vis ſibi dicit l. extat, quod met. cauſa. Repetitur iiſdem verbis in l. creditores ff. ad legem Iul. de vi priuata. Idem in cæteris ſubſequentibus Reſcriptis apparebit.

1. *l. Diem. ff. de off. aſſeſſor.*	1. *l. Sed addes. §. fin. ff. locati.*
2. *l. 1. ff. de offic. Quæſtor.*	2. *l. 1. §. 4. ff. de Aedil. ed.*

3. l. fin.

3.l.fi.ff. de re iudic.	*3.l. Negociorum, de appellat. Scæuola.*	
4.l. Miles, de re iudic.	*4.l. Item miles.ff.eodem, Vlp.libr.56.ad edict.*	Papin. lib 7. Reſponſor. & Mod. lib. 9. differentiarum. Iuli⁹ Paul⁹.
5.l. Equis.ff. de vſur.	*5.l.Equis, eodem tit.*	
6.l. Quædam.ff. fami. hercisc.	*6.l.fina.ff. de iure patronatus.*	
7.l.4.§.idem Iulianus.ff. de in diem add.	*7.l. Is qui in puteum.§.ſi fundus.ff. quod vi aut clàm*	Sal. Iulianus.
8.l.2.ff.de excep. rei iudica.	*8.l. Qui cum hærede.ff.de obligat. & act.*	Sal. Iulian⁹ lib.4.ff.
9.l. Nihil.ff.de verborum ſig.	*9.l. Hæreditas.ff. de regu. iur.*	Caius & Iulianus.
10.l.4.ff. de offic. Prætor.	*10.l. Præſes.ff. de off Præſid. Et l. Prætor.ff. de tutoribus et curat. dat. ab his.*	Vlpianus.
11.l.1.ff. de offic. Præſid.	*11.l. 4.ff. eod. Et l.8.ff.de off.Proconſ.*	Vlp.lib.39. ad edict.
12. l. 1.ff. de his qui not. infa.	*12.l.1.in pr.ff. de præuar. L.4.§.2.ff. de his qui not.infam.*	Vlp.libr.6. ad edict.
13.l. Deſtitiſſe.ff. de iudic.	*13.l.Deſtitiſſe.ff. de de minoribus.*	Vlp.lib.10. ad edict.
14.l.quoniã.ff. de vſuf.ear.re.etc.	*14.l.fin.vſusfru. quemad. cau.*	Vlp.

15.l.In

a Caius lib. ſing. de formula hypothecaria.	*15 l In re, ff. de fide inſtrumen.*	*15 l Contrahitur, ff. de pignoribus.* a
b Iauolen⁹.	*16 l Debitor, ff. de iure dot.*	*16 l Debitor, 2. ff. eod.* b
c Caius lib. 3. rer. quotidia. ſiue aureor.	*17 l Si quis ab ſen tis, §. ſi iudex, ff. de obligat. & act.*	*17 l fina. ff. de extraordin. cognit.* c
d Pompon.	*18 l Item quaeritur, §. item Iulianus, ff. locati.*	*18 l Sed etſi, ff. ad legem Aquil.* d
e Iulius Paulus.	*19 l Si ſeruum. ff. ad legem Aquil.*	*19 l Pretia, ff. ad legem Falcid.* e
f Pomponius.	*20 l ſi à furioſo, ff. ſi certum petatur.*	*20 l Si à furioſo. ff. de obligat. & act.* f
g Scæuola.	*21 l Filiafa. ff. de peculio.*	*21 l fin. ff. eod.* g
h Modeſtinus & Vlp.	*22 l ἐὰν οἱ, §. omnem, verſ. & ideo, ff. q. pet. tut.*	*22 l 2. §. ſi mater, ff. ad Tertyll.* h
i Modeſtin.	*23. l. Vt gradatim. ff. de muneribus et honoribus.*	*23 l ἐὰν δύο §. Philoſophi, ff. de excuſat. tut.* i

24 l Ni-

24 *l Nihil dolo, §.1. ff. de diuerſ.reg.iur.*	24 *l Cùm principalis, ff. eodem.* k	k Paul.
25 *l Si communē, §.fi. ff. quemadmod. ſerui. amitt.*	25 *l Si prius, ff. de aqua & aquaplu.* l	l Paulus.
26 *l Heredibus, ff. de dolo malo.*	26 *l Si plures, §. final. ff. eod.* m	m Vlp.
27 *l 2. ff. de excuſat. tutor.*	27 *l* ἢ τῶν, *ff. de verborum ſig.* n	n Modeſtin.
28 *l Sed hæ. verſ. non ſolùm, ff. de Procura.*	28 *l Non ſolùm, ff. eod.* o	o Vlp.
29 *l Adeò, §. appellatione, ff. de acquir. rerum dom.*	29 *l Tigni, ff. de verborum ſig. l. 1. ff. de tigno iuncto. Et l. 7. ff. ad exhibend.*	
30 *l Pali, ff. de legat. 3.*	30 *l. Pali. ff. de verborum ſig.* p	p Ex libr. 4. Iulij Pauli ad Sabinū.
31 *l Ligni, §. lignum, ff. de legat. 3.*	31 *l Carbonum, ff. de verborum ſig.* q	q Ex lib. 25. Vlp. ad Sab.
32. *l. Si legatus, §. primo, ff. ad Trebell.*	32 *l Meorum. ff. de verborum ſig.* r	r Marcianus & Iul. Paulus.

33 *l Qua-*

a Sal. Iulianus & Iauolenus.	33. l. *Quæſitū. ff. de re iudic.*	33. l. *Morbus. ff. de verborum ſig.* a
b Pap. & Vlp.	34. l. *Lucius. ff. depoſ.*	34. l. *Commendare. ff. de verborum ſig.* b
c Pompon.	35. l. *Libertas. ff. de ſtatu hom.*	35. l. *Pupillus. ff. de verborum ſig.* c
d Vlp.	36. l. *Natura. ff. de verb. ſig.*	36. l. *Ea eſt. ff. de reg. iur.* d
e Vlp. lib. 1. Regular.	37. l. *Cadere, in fine ff. de verborum ſig.*	37. l. *Lata. ff. eod.* e
f Vlp.	38. l. *Vel permutauit. ff. de liber. cauſa.*	38. l. *Dediſſe. ff. de verborum ſignific. L. in tantum. ff. de liberali cauſa.* f
g Vlp. libr. 31. ad edict.	39. l. *Nam ſocij, ff. pro ſocio.*	39. l. *Conſilij, in fine. ff. de regulis iur. L. Modeſtinus. ff. de verborū ſignificat. L. qui liberis. §. 1. ff. de vulgari. l. bones, §. 1. de verborum ſig.* g
h Vlp. libr. 35. ad Sabin.	40. l. *Cùm fuerit, ff. de cond. & demonſtr.*	40. l. *Nuptias. ff. de regulis iuris.* h
i Vlp.	41. l. *Nec quicquam. §. 1. ff. de offic. Proconſ.*	41. l. *Omnia. ff. de regulis iuris.* i

42 l *Quæ dubitationis, ff. de regulis iuris.*	42 l *Qui mutuũ. ff. mandati.*	
43 l *In ambiguis, ff. de iure dot.*	43 l *In ambiguis, ff. de regulis iur.*	
44 l *Inter eos. ff. de re iudic.*	44 l *In condemnatione, ff. de regulis iur.*	
45 l *fina. ff. de vſur.*	45 l *Fructus. ff. de regulis iuris.*	Iauolenus.
46 l *Sed etſi. ff. de in ius voc.*	46 l *Nemo, de domo, ff. de regulis iur.*	Paulus.
47 l *Nonunquã, ff. de condit. & demonſtr.*	47 l *Expreſſa, ff. de regulis iuris.*	Herennius Modeſtinus.
48 l *Semper in cõiunctionib. ff. de ritu nupt.*	48 l *Semper, ff. de regulis iuris.*	Mod.
49 l *Nec vllam, §. ſi quis, ff. de pet. hæred.*	49 l *Nemo prædo. ff. de regulis iur.*	Vlp.
50 l *1. §. is autem, ff. de ſuperficiebus.*	50 l *Inuitus, §. 1. ff. de regulis iuris.*	Vlp.
51 l *1. §. deieciſſe, ff. de vi & vi armata.*	51 l *Hoc iure, §. 1. ff. de regulis iuris.*	Vlp.
52 l *Si à Titio, ff. de rei vind.*	52 l *Apud Celſum, §. ſi à Titio. ff. de dot. except. l.*	Vlp.

Q 53 l Quod

	penulti. ff. de except. rei vendit.
53 *l Quod initio, ff. de reg. iur.*	53 *l penul. ff. eod.*
54 *l Nam etſi, ff. de inoff. teſt.*	54 *l Scripto, §. fin. ff. ſi tab. teſt.* †
55 *l Pretia, ff. ad legem Falcid.*	55 *l Ideo. ff. de eo quod certo loco.*
56 *l Coiri, ff. pro ſocio.*	56 { *l Et ita. ff. eod.* / *l Nec adiecit, eod.* / *l Quæſtus, eod.* }

† Papinianus.

CONSTITVTIONES
IMPERATORVM PASSIM
in Cod. Iuſtinianeo ſub diuerſis Titulis geminatę.

HActenus quæ in Pandectis geminata viſuntur, recenſui: ad ea quæ in Codice duplicantur, tranſuolare lubet. Primò quidem ingeminantur.

1 *l fin. C. de epiſc. audient.*	1 *l Vt perfectius, C. de annali except.*
2 *l Omnẽ, C. ad Tertyll.*	2 *l Sciant, C. de legit. hæredib. l. ſi mater, C. in quibus cauſis pig.*

3 *l 1. C.*

3 l 1. C. de nõ numer. pecu.	*3 l 1. C. ſi pig. conu. num. pecun.*
4 l fi. C. de poſtul.	*4 l Nemo, C. de epiſco. audien.*
5 l Mulier, §. his illud, C. de ſponſal.	*5 l Si legibus, C. de epiſco. audien.*
6 l Raptores, C. de epiſc. & cl.	*6 l Vnica, C de raptu virgin.*
7 l Legem, C. de pact.	*7 l 1. C. de pact. conuent.*
8 l Iubemus, C. de nauib. non excuſand.	*8 l Iubemus, C. de ſacroſ. eccleſ.*
9 l Ex conuentione, C. de pact.	*9 l 1. C. ſine cenſu vel reliq.*
10 l 1. C. de pact.	*10 l Cũm proponas, C. eod.*
11 l Ad inſtructiones, C. de ſacroſan. eccle.	*11 l 4. C. de priuileg. dom. Aug.*
12 l fin. C. de ſpectacul. et ſcen.	*12 l 13. de epiſc. & cler.*
13 l fina. C. de infant. expoſit.	*13 l Nemini, C. de epiſcop. aud.*
14 l fi. C. de agricol. & cenſit.	*14 l Vnica, C. de Senatuſconſulto Claud. toll.*
15 l fin. C. de incol.	*15 l Mulieres, C. de dignitat.*

16 l. 2. C. quibus muneribus libr. 10.	16 l Neminem, C. de ſacroſan. ecc.
17 l Neque, C. de compenſat.	17 l vnica, C. rerum amotarum.
18 l Tam dementis, C. de epiſc. audien.	18 l Si furioſi, C. de nupt.
19 l fin. C. de reſti tut. milit.	19 l fin. C. quibus non obijcitur longi tẽporis præſcriptio.
20 l Sacroſancta, C. de ſacroſ. eccle.	20 l fina. C. de annon. & tribut.
21 l Qui ſub prætextu, C. de ſacroſan. ecc.	21 l vnica, C. de colleg. & chartopra.
22 l Addictos. C. de epiſc. aud.	22 l Addictos, C. de appellat.
23 l Ante, C. quorum appellat.	23 l 2. C. de epiſco. audien.
24 l pen. C. de hæredit. act.	24 l Si vxor, C. de bon. aucto. iudic. poſſ.
25 l Suus hæres, C. de repud. hæredi.	25 l Tranſactio, C. de trãſactionibus.
26 l 1. C. de ſecun. nupt.	26 l Si qua mulier, C. ad Senatuſconſ. Tertyll.

27 l 1.

27 l 1. C. de precibus Imp. offer.	27 l 1. C. quibus ex cauſis ſer. pro premio.
28 l Repetita, C. de epiſcop. & cleric.	28 l Conſulta, C. de teſtamentis.
29 l penulti. C. de pact.	29 l Si quis, C. de epiſc. & cler.
30 l penulti. C. locati.	30 l Non abs re, C. ſi per vim vel.
31 l Eum qui, C. adult.	31. l. Eum qui, C. de donat. ante nupt.

Geminatæ & repetitæ leges promiſcuè, tam in Cod. quàm in Pandect.

1 l Eos qui, ff. de ritu nupt.	1 l Etſi contra, C. de nupt.
2 l Pater, §. Iulius, ff. de legat. 3.	2 l Lucius, in princ. ff. eod.
3 l Legatū, ff. de alim. legat.	3 l Legatum. ff. de condit. & demonſtrat.
4 l Litem, §. Pedius, ff. quod metus cauſa.	4 l Is, in princ. ff. eod.

5 l *Seruum,§. cū verò qui.ff.de Procurat.*	5 l *Rei quam venalem.ff. de dolo malo.*
6 l *Ingenuum,ff. de ſtatu hom.*	6 l *Res iudicata.ff. de regulis iuris.*
7 l *1. ff. de iuſtit. & iure.*	7 l *Iuſtitia, in princ. ff. eodem.*
8 l *Pignoris,ff. de pignoribus.*	8 l *vnica, C. etiam ob chirogra.pec.*
9 l *vnica,§. quib. C.de nouo Cod. fac.*	9 l *Arbiter,11. Et l. arbitri 14. ff.de diſtract.pig.*
10 l *Vel quod, in fin.ff. de religioſ.et ſumptibus fun.*	10 l *Sed Diui,ff. de rerum diuiſione.*
11 l *Quis ſit,ff. de Aedi. edicto.*	11 l *Qui ea,ff. de furt.*
12 l *Auus,ff. de pact.*	12 l *Auus,ff. de pact. dot.*
13 l *Si quis vnus, ff. de vſufr.*	13 l *Gaurus,al.binas.ff. de ſeruitut. vrb.*
14 l *Conditio, ff. de verborum obligat.*	14 l *Cùm ad præſens,ff.de rebus credit.*
15 l *Quoniam, C. de teſtam.*	15 l *In legatis, C. de legat.*
16 l *Etiam, C. de*	16 l *2. C.de teſtam.man. fideicom.*

fideicom.libert.	
17.l. Hac conſultiſſima, §. ex impfecto, ver. ſi verò, C. de teſtam.	*17.l.fin.§.ſi verò, C.famil. herciſc.*
18.l.2. C. de adulter.	*18. l. Sine 17. circa fin. C. eodem.*
19.l.1. C. ad legẽ Iul. de vi.	*19.l.2. C. ne vxor pro marito.*
20.l.2. C. de p̃x. ſac.ſcrin.	*20.l. Sciant, C. de offic.diuerſ.iudic.*
21.l.1. C.de agentibus in rebus.	*21.l.2. C.de offic.mag.offic.*
22.l.2.C.de fun. & ſalt.	*22.l.Si qua, C. ne rei dom. vel temp.*
23. l. A Titio,§. fi.ff.de ver.obl.	*23.l.Stipulatio,ff.eod.*
24. l. Decem.ff. de verbo.obli.	*24.l. Si decem.ff. de ſolutionibus,l. fin. in princ. ff.ſi cert.pet.*
25.l.Verò,in fi.ff. de ſolut.	*25.l. Hoc iure, § 2.ff. de regulis iur.*
26.l.fi.ff.de furt. oblig.	*26.l. fullo, §. frugibus,ff. de furt.*
27.l.1.§. caupo, ff.furt.aduer. naut.	*27.l.fin.ff. nautæ,caupon. ſtabul.*

28 l Si venditor, ff. de religioſ.	28 l Vtimur, ff. de ſepulch. viol.
29 l Cùm quis, ff. de cōdict. cau. data.	29 l Qui mortis, ff. de donat. cauſa mor. l. Senatus, §. 1. ff. eod.
30 l Seruus, ff. de manumiſſ.	30 l Seruum, ff. qui & à quibus.
31 l Omnes, ff. de off. Proconſu.	31 l Apud Proconſulem, ff. de manum. vindicta.
32 l Libertas, ff. de manumiſſ. teſt.	32 l fin. ff. eod.
33 l Qui leuandæ, ff. ad legē Rhod. de iact.	33 l Qua ratione, §. fin. ff. de acquir. rerum dom. L. 1. §. fina. ff. ad legem Rhod. de iactu.
34 l Falſus, §. ſi iactū verſ. ſi verò, ff. de furt.	34 l Qua ratione, §. fin. ff. de acquir. rerum dom.
35 l ſi quis domū, §. Celſus, ff. locati.	35 l Imperitia, ff. de regulis iuris.
36 l pen. ff. de obligat. & act.	36 l Nunquam actiones, ff. de regulis iur.
37 l Cùm fundus §. ſeruum tuum, ff. ſi certū petatur.	37 l Si ſeruus, §. 1. vbi Bar. de act. empt.

38 l Item quia, ff. de pact.	38 l Si horreum, cum l. ſeq. ff. in quibus cauſis pig.
39 l In Luſitania ff. de cenſibus.	39 l Iuris. ff. eod.
40 l Hæres abſens ff. de iudic.	40 l Si is qui, ff. eod.
41 l Si de vi, ff. de iudic.	41 l Qui cœtu. §. ſi de vi, ad legē Iul de vi publica.
42 l 3. ff. de diuort.	42 l Quicquid calore, ff. de regulis iuris.
43 l 1. ff. de admi. rerum ad ciu. pertin.	43 l Legatam eod.
44 l. Hoc colore, ff. de inoff. teſt.	44 l Nam & iis, ff. eod.
45 l Cùm pater, §. fin. ff. de lega. 2.	45 l pen. C. de inſtitut. & ſubſtitut.
46 l Papinianus, §. fin ff. de in offic. teſtam.	46 l Filio præterito, ff. de iniuſto rupto. &c.
47 l Fideicōmiſſa, §. ſi qs decem, ff. de legat. 3.	47 l 1. §. ſi cui, ff. vt legator. nom. cau.
48 l 6. ff. de legibus.	48 l Antiqui, ff. ſi pars hæredit. pet.
49 l Quod verò,	49 l Quod contra. ff. de re-

ff. de legibus.	gulis iuris.
50. l. Quod dicitur, cum l. ſequ. ff. de impenſ.	50. l. Vtiles. ff. de petit. hæredit.
51. l. Et ex diuerſo. ff. de rei vindicat.	51. l. Sed ſi quid. ff. de vſufructu.
52. l. Sed etſi, §. ſi lis æſtimata, ff. de Publiciana in rem etc.	52. l. Sed ſi poſſeſſori, ff. de iureiuran.
53. l. 1. ff. de oper. libertor.	53. l. 3. ff. eod.
54. l. 3. in princ. ff. de operis libert.	54. l. 1. ff. de oper. ſeruor.
55. l. 27. §. 13. ff. ad legem Aquil.	55. l. Si quis vxori, §. ſi quis vxori. ff. de furt.
56. l. 222. ff. de verborum ſignificat.	56. l. 1. 78. ff. eod.
57. l. Antiqui, ff. ſi pars hæred. pet.	57. l. Vtrum, ff. de rebus dub.
58. l. 1. ff. de Tigno iuncto.	58. l. In rem, §. tignum. ff. de rei vendi. Itẽ l. gem-

59. l. Si

	ma. ff. ad exhibend.
59. l. Si quis in iure. ff. de interrogat.	59. l. 1. §. interdũ. ff. ſi quadrupes paup.
60. l. Cùm filiusf. ff. ſi cert. pet.	60. l. Si longius. ff. de iudic:
61. l. fin. §. fin. ff. ſi cert. peta.	61. l. Illa ſtipulatio, §. 1. ff. de verb. oblig.
62. l. Si pignoris, verſ. quod ipſe, ff. de pign. act.	62. l. Si debitor, ff. de furt.
63. l. Scire. ff. de verborum obligat.	63. l. Quia dicitur, ff. de euictionibus.
64. l. Cùm hic, §. ſi quis, ff. de donat. inter virum & vxo.	64. l. Quæſitum, ff. de ſponſalibus.
65. l. 2. §. interdum.	65. l. Videamus, §. deferre, l. in actionib. ff. de in lit. iuran.
66. l. Si Procurator. ff. de condict. indeb.	66. l. Si Procuratori. ff. de condict. cauſa data.
67. l. Ita ſtipulatus, ff. de verborum oblig.	67. l. Non vtique. ff. de eo quod certo loco.

AVTIS

Ἀντινομίαι,

SIVE CONTRARIETATES LEGVM ALIQVOT CIVILIVM, PER VARIOS IVris Anteceſſores diſſolutæ : quibus annectitur differentia quædam iuris Ciuilis & Canonici.

Pugnant.

1. l.Cùm in corp⁹, ff.de acqui.rerum dom.	1. l.Si ego, ff. ſi certum petatur.

PRimùm duo contraria reſponſa hîc proponuntur, duorum nempe aduerſantium ſibi inuicem Iuriſconſultorum, Vlpiani atque Iuliani: Scribit enim Iulianus in l. Cùm in corpus, ff. de acquir. rerum dom. Cùm in corpus quidem, quod traditur, conſentiamus: in cauſis verò transferendi dominij diſſentiamus. Non aduerto, cur inefficax ſit traditio, hoc eſt, error cauſæ, licet non conſenſum ſit in corpore, non impedit tranſlationem dominij. Deinde, vt regulam exemplo clariorem redderet (moris enim erat Iuliano, quod prædixerat, manifeſtiùs exemplo reddere, vt patet in l. Prætor, §. quo-

quoties.ff. de collat. bonor.) Subijcit Iulianus hoc exemplum: Si pecuniam numeratam tibi tradam, donandi gratia, tu eam quaſi traditam ex mutuo, vel ſtipulatu, ſubaudi accipias: conſtat proprietatem ad te tranſire, nec impedimento eſſe, quòd circa cauſam dandi atque accipiendi diſſenſerimus. Contra Iulianum ferè ad verbum reſpondiſſe comperimus Vlpianum in l.ſi ego.ff.ſi certum petat. qui reſpondit in hæc verba: Si pecuniam tibi quaſi donaturus dedero, tu quaſi mutuam accipias. Ecce, hîc eſt relata facti ſpecies, ſequitur Iuliani opinio. Iulianus ſcribit donationem non eſſe, deinde addit, quid ſentiat, hoc pacto: Puto, nec mutuam eſſe. quid ſubijciat, attende: Magisq́ eſt, nummos accipientis non fieri, cùm alia opinione acceperit. Ex quibus verbis contrarijs contrarietas apparet maxima: rationi enim generali, hoc eſt, regulæ atque exemplo ſpeciali Iuliani directè videntur aduerſari. Quale inter hos duos, magni nominis, Iuriſconſultos iudicium interponere debeamus, dubito, præſertim cùm æqualis vtriuſque auctoritas habeatur: voluit enim Iuſtinianus, omnes Iuris Auctores æqua dignitate pollentes eſſe, nemini quadam prærogatiua ſeruanda, in l.2.§.1.C. de veteri iure enucl. Mirandum eſt profectò, quòd vnus Iuriſconſultus vno in loco conſtantiſſimè affirmauit,

ant, alius alio in loco contrarium ſentiens, repugnare credatur.

Cæterùm pro huius dubij diſſolutione interprete nobis opus eſſet Oedipo. Referam, quid communis Schola Doctorum hac de re ſentiat. Solutio. *Communis itaque datur huiuſmodi ſolutio, quòd in d. l. cùm in corpus, de donando promiſſio, vel debitum præceſſerat traditionem, videlicet vno modo, vt dominium tradatur: tu verò, vt creditum accipias, tamen tua ſit. Exempli cauſa: Si trado tibi pecuniam cauſa donandi, cùm donare tibi promiſeram, dominium ad te transferatur. D. verò l. ſi ego, de donatione futura intelligitur, vt ibi in ſecunda ſolutione rectè ſenſit Cel. cuius opinio eſt communis.*

Pug.

2. l. Poſsideri 3. §. in amittenda, ff. de acq. vel omit. poſ.	2. l. Quemadmodum, ff. de acquir. vel amit. poſſeſſ.

QVid in hac tanta controuerſia dicendum ſit, ferè hæſito, more Iuriſconſulti in l. ſi & me & Titium. ff. ſi cert. petat. qui in quæſtione difficili reſpondit: ſubſiſto, id eſt, dubito. Sed tamen verius eſt, quod placet omnibus ſcribentibus, vtrumque neceſſe eſſe in perdendo, ſi à corpore incipias. Nam non ſufficit exire de fundo, niſi exiens habeat animum deſinendi poſſi-

poſſidere. Ita intelligitur l. quemadmodum. Si autem incipias ab animo, tunc vnum ſolùm ſufficit, ſcilicet animus. Et ita intelligitur §. in amittenda.

Pug.

3. l.Delegato.1. ff. de nouat.	3. l.Pupillus, ff. de obligat.& actionibus.

IN l.pupillus cautum eſt pupillum mutuam pecuniam accipiendo, nec naturali quidem iure obligari. In l. autem 1. dicitur, qualiſcunq; præceſſit obligatio, nouari verbis poteſt, dummodò ſequens obligatio, aut ciuiliter teneat, aut naturaliter: vtputa, ſi pupillus ſine tutoris auctoritate promiſerit. Illa igitur lex affirmat, pupillum nec naturaliter quidem obligari: hac verò è contrario naturaliter obligari aſſerit. Video tamen confirmari priorem ſententiam Lucinij Iuriſconſulti ex reſponſo Neratij in l.quod pupillus, ff. de condict. indeb. cuius verba hîc referam: Quod pupillus ſine tutoris auctoritate promiſerit, & ſoluerit, eius repetitio eſt: quia nec natura debet. Solutio. Non video, quomodo hæc poſſint inter ſe conuenire, niſi via diſtinctionis, hoc pacto, reſpondeatur ex mente gl. qua hanc quæſtionem tractat in l.pupillus, ff. de reg. iur. cuius opinionem Bart. quoque probare videtur: Aut enim pupillus eſt infans, aut infan-

tiæ proximus: & eo caſu nec ciuiliter, nec naturaliter quidem obligatur, d. l. pupillus. Aut verò pubertati proximus: & tunc quia doli capax, naturaliter tantùm obligatur, & ita intelligitur, d. l. 1. de nouat. Sed ſi factus ſit locupletior, etiam ciuiliter obligatur, & in eum actio vtilis datur, l. 3. ff. commod.

Pug.

4. l. Bonæfidei emptor, ff. de acquir. rer. dom.	4. l. Fructus, ff. de vſur.

A*It l. bonæfidei emptor non dubiè percipiendo fructus etiam ex aliena re ſuos interim facit, non tantùm eos, qui ex diligentia & opera eius proueniunt, ſed omnes. Deinde rationem addit: Quia quod ad fructus attinet, loco domini penè eſt. Probatur igitur ex ea l. bonæfidei poſſeſſorem non tantùm lucrari fructus, quos noſtri ſcriptores vocant induſtriales: ſed etiam (vt eorum verbo vtar) naturales, id eſt, eos qui ex ſola natura operante abſq; facto, & opera noſtra naſcuntur. Quod patet, cùm generaliter dixerit Iuriſconſultus ibidem, eum omnes lucrifacere, quod ſignum, omnes, nota eſt vniuerſalis, quæ nullos excludit, iuxta l. Iulianus, de legat. 3. Sed contrarium videtur exiſtimaſſe Pomponius in l. fructus, ff. de vſur. vbi ita inquit: Fructus percipiendo vxor vel vir bona fi-*

na fide ex re tibi donata, illos tantùm facit ſuos, quos ſuis operis acquiſierit, veluti ſerendo: ſed ſi pomum decerpſerit, vel ex ſylua caciderit, non fit eius, ſicut nec cuiuſlibet bonæfidei poſſeſſoris. Quod verbũ diligenter pondera: & ratione id confirmat: quia non ex facto eius is fructus naſcitur. Ex quibus verbis nota naturales fructus, qui ſine opera noſtra proueniunt, non eſſe bonæfidei poſſeſſoris perceptione. Gloſſa in d.l. fructus, duobus modis ſoluit, vno modo interpretando l. bonæfidei, hoc pacto: Bonæfidei poſſeſſor non tantùm facit fructus ſuos, qui diligentia & opera eius prouenerunt, ſed etiam omnes, id eſt (inquit) etiam eos, qui ex diligentia & opera alterius prouenerunt, & ſic induſtriales, non naturales, propter l. fructus. Quæ ſolutio ſatis à Doctoribus probatur: alijs tamen videtur probabilem fore ſolutionem hanc, vt ſiquidem bonæfidei poſſeſſor ſit cum titulo, omnes & natura & induſtria hominis fructus naſcentes lucretur, vt probatur ex verbis d.l. bonæfidei. Diligenter ponderando nomen, quod ſequitur, nempe emptor. In ea igitur l. erat bonæfidei, & quidem ex tit. emptionis. Non itaque mirum eſt, ſi eos omnes fructus lucretur. Aut verò eſt bonæfidei poſſeſſor ſine titulo, aut cum titulo quidem, ſed inhabili: quod quidem ferè par eſt argu. l. quoties, ff. qui ſatiſd. cog. Et eo caſu putant bo-

 naſi-

næfidei poſſeſſorem facere fructus ſuos tantùm eos, qui ſine opera eius proueniunt, vt in dicta l. fructus.

Pug.

5. l. Qui ſcit, §. fin. al. bonæfidei, ff. de acq. re. dom.

5. l. Bonæfidei, §. in contrarium, ff. de acquir. rerum dom.

IN l. qui ſcit, §. fina. talis facti ſpecies proponitur: Bonæfidei poſſeſſor antequam fructus perciperet, cognouit fundum alienum eſſe, an perceptione fructus ſuos faciat, quæritur. Reſpondend. Bonæfidei, quoad percipiendos fructus, intelligi debet, quamdiu euictus fundus nō fuerit à vero domino. Clarè igitur conſtat, quòd bonæfidei poſſeſſor, licet poſtea habuerit ſcientiam rei alienæ, puta per litiſconteſtationem, nihilominus faciat fructus ſuos. Contrà Paulus in l. bonæfidei, §. in contrarium. ff. de acqui. rer. dom. ſentit, ait enim: Si eo tempore, quo res mihi traditur, puta ex cauſa emptionis, putem vendentis eſſe: deinde cognouero alienam, an fructus meos faciam. Puto verendum, ne non, id eſt, quòd non ſit bonæfidei poſſeſſor: Ergo per conſequens fructus ſuos non facit. Id confirmat eo in loco Paulus argumento contrario, ſicut enim videmus eum, qui propter rei vitium, puta, quia res furtiua eſt, vſucapere non poteſt, facere fru-

re fructus ſuos, ita è contrario concludendum eſt, eum, qui propter ſuperuenientem malam fidem vſucapere non prohibetur, non facere fructus ſuos. Dicendum eſt, auctore Accurſio gloſſatore, quod ſcribitur in d. §. in contrarium opponendo, non ponendo ſeu determinando dici, ita, vt quæſtio, quæ fit in §. in contrarium, determinetur in d. §. bonæfidei. magisq́; placet hæc Accur. reſponſio, quæ confirmatur verbis Pauli in d. §. in contrarium vtendo, his verbis: Puto verendum, quæ verba aliquid in ſe dubitationis continent. Minus probabilis videtur prima ſolutio Accur. qui §. in contrarium, de rigore: §. verò bonæfidei, de æquitate procedere dicit: Nam ſoluere hoc pacto: illa de rigore, hæc de æquitate. eſt dicere, hæc corrigit illam: ſecundum glo. in l. cotem ferro, §. qui maximos, ff. de Publican. In dubio autem in iure ciuili non eſt præſumenda correctio, niſi expreſsè fiat, vulgata l. præcipimus, C. de appell. potiùs iura iuribus aliquo pacto concordare debemus, c. cùm expediat, de elect. in 6. Solutio.

Pug.

6. l. In quartã, ver. pro ea verò parte, ff. ad le. Falc.	6. l. Filium quem habentem, C. fam. herciſc.

VVlt Iuriſconſultus in l. in quartam, ff. ad legem Falcid. cùm legatum eſt relictum

hæredi à cohærede, & rogatus eſt portionem hæreditatis reſtituere, pro ea parte, quam accepit à cohærede: extra quartam eſt id, quod à cohærede accipitur, ergo in quartam Trebellianam non imputatur. Contrà Imperatores Diocletianus & Maximianus in l. filium quem habentem, C. famil. hercisc. conſtituerunt, filium habentem fundum puta, iure prælegati, eundemq́ rogatum hæredem de reſtituenda portione hæreditatis, hæreditariam partem fundi prælegati, in quartæ ratione retinere, compenſato præterea quod à cohæredibus vice mutua percepit, cauſa conditionis adimplendæ, ex quibus verbis vltimis ſatis ſignificatur, id quod à cohærede percipitur, compenſari, & in quartam Trebellianam imputari, & idem in ſequentibus verbis confirmari videtur, quibus dicitur, quod à cæteris, ſupple, cohæredibus in eo fundo ſoluitur, ſupra quartam habens reddere compellitur. Quibus verbis innuere videtur, quod titu. legati a cohærede præſtatur, in quartam Trebellianam imputandum: quod verò erit vltra quartam, reſtituendum: ergo illud in quartam imputari poteſt: ſi enim imputari non poſſet, id non reſtituere compelleretur hæres, ſed ſibi retineret, idq́ lucrifaceret.

Solutio. Differentia eſt inter quartam Falc. & Trebell. in imputatione, vt in quartam quidem Falc. ea pars tantùm, quæ à coha-

coharede accipitur titulo legati, in eam non imputetur. Quod verum intellige, niſi reſpectu eius cohæredis, à quo percipitur, vt intelligit Iuriſconſultus in l. Neſennius, ff. ad legem Falcid. Ergo quantum attinet ad extraneos legatarios, non imputatur hæredi in quartã Falc. In quartam verò Trebell. id, quod accipitur titulo legati, à cohærede imputatur in quartam Trebel. & ita intelligatur d. l. filium quem habentem. Cæterùm quod ſupra quartam Trebell. ſoluitur à cohærede, id reſtituere cogitur hæres, vt in d. l. filium. Cui legis particulæ multum obſtat textus in l. in fideicommiſſariam, §. fina. ff. ad Trebell. vbi ait Vlpianus: Si legatum ſit hæredi vni ex duobus relictum, & rogatus ſit portionem hæreditariam reſtituere, id ſolum non debere eum reſtituere, quod à cohærede accepit: quod igitur titulo prælegati à cohærede percipitur, id non reſtituitur. Dicendum eſt pro harum legum concordia, hanc legem ſecundum illam intelligendam eſſe. Itaque quod dicitur in d. l. in fideicommiſſariam in §. fin. hæredem non debere reſtituere, quod à cohærede titulo legati accepit, eſt intelligendum, niſi ſupra quartam Trebellian. habeat: id enim reſtituere compelletur per dictam l. filium quem habentem.

Pug.

7\. l.Titia, ff. ad legem Falcid. 7. l.Cûm virum, C. de fideicom.

Dicitur in l. Titia rogatum eſſe hæredem de reſtituenda hæreditate, retẽta quarta parte, & ei teſtatorem quædam prædia prælegaſſe. Quærebatur à Iuriſconſulto, an ea, quæ prælegata ſunt, etiam pro ea parte hæreditatis, quam rogatus eſt reſtituere, integra retinere debeat. Reſpondit itaque hæredem prælegata integra retinere debere. Contrarium in l. cùm virum ſtatuitur, vbi Imperator ex prudentiſſimi Papiniani reſponſo conſtituit, in ea ſpecie, vbi rogatus eſt hæres, quicquid ex hæreditate ad eum peruenerit, reſtituere, præceptiones, id eſt, prælegata huiuſmodi fideicommiſſo continentur. In eandem ſententiam deſcendere videtur Vlpianus in l. Marcellus, §. quidam liber. ff. ad Trebell. in qua refertur Imperatoris reſcriptum, quo cauetur præceptiones ſeu prælegata in reſtitutionem fideicommiſſi non venire, ſi ſimpliciter portionem reſtituere hæredem diſpoſuiſſet teſtator: ſed ſi portionem hæreditatis rogatus fuiſſet hæres reſtituere, tunc prælegata in fideicommiſſum non venirent.

Solutio. *Aduertendum eſt itaque pro ſolutione huius contrarij, hoc pacto diſtinguendum ex glo. Bartoliq; ſententia: Nam aut primò teſtator rogauit de reſti-*

reſtituendo, & poſtea prælegauit, & non continentur prælegata in fideicommiſſo: ſed integra retinebit hæres, ita tamen, vt duodecimam partem rei prælegatæ, id eſt, vnam vnciam imputet in quartam, ſi ex voluntate expreſſè teſtatoris habeat quartam: ſed ſi ſine voluntate, partem hæreditatis, d. l. Titia. Et ratio eſt, quia non videtur rogaſſe de eo, quod nondum dederat. Aut verò antea primò prælegauit, & poſtea rogauit, & tum ſubdiſtingue: Aut rogauit portionem ſimpliciter reſtituere, & prælegata veniunt in huiuſmodi reſtitutione fideicommiſſi, aut portionem hæreditatis, aut quicquid ex hæreditate peruenitur: & ſic vbi facta eſt mentio hæreditatis, prælegata in fideicommiſſum veniunt, & ita intelligenda d. l. Marcellus, §. quidam liberis, & l. cùm virum. Poſſemus tamen cauillari in d. l. cùm virum, nullum huiuſmodi ſcripturæ ordinem apparere: non enim ibi conſtat ex verbis legis, vtrum priùs teſtator prælegauerit, an verò rogauerit de reſtituenda hæreditate. Tamen pro euitanda harum legum controuerſia, huic diſtinctioni cõſentio: vna enim lex etiã poſterior, vt Codicis, etiã ſecundum legem priorem, puta, Digeſtorum, eſt interpretanda, ſecundum l. non eſt nouum, ff. de legib. idq; vt contraria legum euitentur. Dicendum eſt itaq; l. cùm virum, eſſe intelligendam ſecundum an-

tiquam l. Marcellus, §. quidam liberis, vbi patet prius præceptiones datas eſſe, deinde rogaſſe teſtatorem: ergo idem dicemus in l. cum virum, interueniſſe, vt hoc pacto concludamus prælegata in fideicommiſſum cecidiſſe ſecundum poſteriorem diſtinctionis prædictæ partem.

Pug.

8. l. Ob pecuniam, ff. de furt.	8. l. Lege Iulia. 4. §. fi. ff. ad legem Iul. peculat.

OB pecuniam ciuitati ſubtractã (ait Iuriſconſultus) actione furti, non crimine peculatus tenetur. Sed etſi de re ciuitatis aliquid ſurripiatur, conſtitutionibus Principum diuorum Traiani & Adriani cauetur, peculatus crimen committi, & hoc iure vtimur. Vides, quo pacto, quod vnus Iuriſconſultus vno in loco affirmat, alter, quaſi dedita opera, negare videatur. Quo pacto hoc loco reſpondendum ſit, vix apparet, niſi via diſtinctionis vtamur: vt ſiquidem ciuitati Romanæ ſubtracta ſit pecunia, peculatus crimen committi intelligatur, & ita intelligatur d. l. lege Iulia. 4. §. fina. Sed ſi alterius ciuitatis pecunia furto ſublata ſit, furti crimine fur teneatur: & ita l. ob pecuniam procedat.

Pag.

9. l. Stipulatio 1. §. ſi ſtipulati, ff. de verborum obli. 9. §. Præterea inſtitut. de inutilib. ſtipulat.

IVriſconſultus ait: Si ſtipulanti mihi decem, tu viginti ſpondeas, contractam non eſſe obligationem, niſi in decem conſtat. Et addit rationem, reſpondendo obiectioni, quæ fieri poterat, quòd ſcilicet oporteat congruere ſummam, vt eadem in reſponſione, quæ in ſtipulatione conſiſtat, ait enim: Licet oporteat reſponſionem conformem eſſe interrogationi, & congruere ſummam, tamen manifeſtiſſimùm eſt, in viginti & decem ineſſe. Cùm ergo in maiori ſumma minor inſit, dicendum eſt obligationem cõtractam eſſe ſaltem in minori ſumma. Contrarium Imp. Iuſtinianus conſtituiſſe videtur in §. præterea Inſtitut. de inutilib. ſtipulat. quo loco primùm generalem regulam conſtituit, quæ eſt: Inutilis eſt ſtipulatio, ſi quis ad ea, quæ interrogatus fuerit, non reſpondeat, ſcilicet congruè. Deinde exemplum regulæ dat in ſumma, inquiens: Veluti ſi quis decem aureos à te dari ſtipuletur, tu quinque promittas: vel contrà, veluti, ſi quis interroget te quinque, tu decem reſpondeas. Itaq; reſponſio interrogationi non conueniens ſtipulationem nullam facit. Ergo ex illo textu probatur, ſi interrogatio fiat de maiori, deinde de mi-

nori quantitate ſit facta reſponſio, vel è conuerſo, quia reſponſio non eſt conformis petitioni, obligatio inutilis redditur, nec in minori quidem ſumma obligatio contrahitur. Duæ ſolutiones dantur, quarum prior eſt, §. præterea intelligendum eſſe hoc pacto, dum dicit inutilis eſt ſtipulatio, in toto, non in parte, quæ excedit: & ita concordabit cum § ſi ſtipulanti. Altera, quæ magis Iuris ciuilis interpretibus placet, hæc eſt: Intelligendum eſſe §. ſi ſtipulanti. Si ſtipulanti placeat diuerſitas: quo caſu in minori ſumma valet obligatio. In §. autem præterea, nolebat ſtipulator valere, niſi in maiori ſumma, vnde inutilis prorſum eſt obligatio. Ergo vbi conſtat de voluntate partium, vt in maiori quantitate non inſit minor, non continetur: nec habet locum regula d. §. ſi ſtipulanti, quæ eſt, vt in maiori ſumma, minor inſit.

Solutio.

Pug.

10\. Verſic. Sed ſciendum, Inſtitut. qui teſtament. tut. dari poſſ. in prin.

10\. l. Et ſi non adſcripta, C. de fideicommiſſ. lib.

CVm quis ſeruum proprium ſine libertate tutorem dat, tacitè libertatem directã accepiſſe videri. At Imperator Valerianus & Galienus ſic conſtituêre: Et ſi non adſcripta libertate teſtator ſeruum ſuum tutorem filijs

ſuis

ſuis dederit, receptum eſt, vt per fideicommiſſum, eum manumiſiſſe videatur: idq́ duplici ratione confirmat, nempe fauore libertatis, & pupillorum, qui, quãtus in iure ciuili ſit, nemini mediocriter in eo exercitato incognitum eſſe non debet.

Solutio prima glo. in d. l. etſi non adſcripta communiter ſolet allegari, quæ eſt huiuſmodi, quod dicitur in d. §. 1. habere locum in teſtamento, vt ſcilicet directa libertas data intelligatur. Quod autem in d. l. etſi non adſcripta, ſtatuitur, in alia vltima voluntate, vtputa in Codicillis, ſibi locum vendicat, nempe vt fideicommiſſaria libertas a teſtatore intelligatur data. Ratio diuerſitatis aſſignari poteſt: quia facilius quid directo in teſtamento diſponitur, quàm in alia voluntate vltima, vt codicillari, cùm directò dari hæreditas non poſſit per fideicommiſſum, l. hæreditatem, C. de Codicill. Solutio.

Pug.

11. l. Liberorum, in fi. ff. de verbor. ſig.	11. l. Quòd ſi nepotes, ff. de teſtam. tut.

IN *l. liberorum, in fine dicitur, filiorum appellatione ſæpè & nepotes accipi multifariam placere, ideoq́ prædio cum villico & contubernali eius & filijs legato, nepotes contineri. Natura quoque nos docet, parentes pios, qui libero-*

berorum procreandorum cauſa vxores ducunt, filiorum appellatione omnes, qui ex nobis deſcendunt, appellari. Neque enim dulciore nomine (ſubijcit eleganter Iuriſconſultus) nepotes noſtros, quàm filij poſſumus appellare. Etenim filios filiasq́ concipimus, & edimus, vt ex prole eorum, earúmue diuturnitatis nobis memoriā in æuum relinquamus. In l. verò, quòd ſi nepotes, contrarium diſponitur, nempe ſi filios teſtator dixerit, non continebuntur nepotes appellatione filiorum. Exemplum ſimile eſt in §. fina. Inſtit. qui teſtam. tut. dari poſſ.

Solutio. *Glo. in d. §. fin. ſoluit hoc modo, quòd ſecundum veram ſignificationem verbi, appellatione filij cōtinetur nepos: ſed ſecundum vſum & conſuetudinem loquendi minimè. Tu verò dic ex ſententia Bar. in d. l. liberorum magis accepta: quòd aut filij à teſtatore in teſtamēto nominantur, & tunc appellatione filiorum veniunt nepotes, d. l. quòd ſi nepotes. & d. §. fina. Aut verò à l. nominantur, & tunc continentur nepotes, d. l. liberorum, in fin. Huic tamen ſolutioni repugnare poſſet verſ. Sed Papyrius Fronto, in d. l. liberorum, cùm ait: Legato villico & contubernali eius cum filijs, nepotes cōprehendi: Ergo in teſtamento appellatione filiorum facta à teſtatore, nepotes venire intelliguntur. Addendum ergo eſſet, niſi aliter lex interpretetur & diſpo-*

diſponat filijs nominatis à teſtatore in teſtamento non contineri nepotes, vt in contrario verſ. ſed ſi Papyrius.

Pug.

12. l. Iulianus, ff. de legat. 3.	12. l. Qui habebat, ff. eodem.

N*Am Iulianus in d. l. reſpondit: Si teſtator prædium Seianum leget, addendo notam hanc vniuerſalem, omne, non tantùm partem, quam iure pignoris poſſidebat, videri legaſſe, ſaluo tamen iure debitoris. Ex quo reſponſo noſtri interpretes inferunt axioma vniuerſale: Qui omne dicit, nihil excipere. Scæuola autem in d. l. qui habebat, in quæſtione propoſita reſpondet, in hunc modum: In Codicillis ita quis cauit: Suauiſſimæ patriæ meæ do legóq; prædia omnia quæcunque in Syria prouincia poſſideo. Quæſitum eſt, an ea prædia, quæ pignori habuit, teſtator patriæ ſuæ reliquiſſe videatur. Reſp. ſecundum ea quæ pponerentur, (quia mos reſpondendi eſt Scæuolæ) nõ videri relicta. Ergo ex illo tex. manifeſtè legatis prædijs, quantumuis omnibus, non videntur legata, quæ ſunt pignori obligata. Bar. ſoluit hoc modo, dicendo, quòd dictio omnia, facit quòd comprehendantur omnia, quæ poſſunt comprehendi de natura ſermonis: ſed prædia obligata non poſſunt comprehen-* Solutio.

prehendi ex natura ſermonis, l. ſeruos, ff. de legat. 3.

Pug.

13. l. Nec adiecit, ff. pro ſoc. — 13. l. His verbis, §. illa inſtitutio, ff. de hæred. inſtit.

VLpianus noluit hæreditatem, legatum, donationem cauſa mortis, non ſine cauſa obuenire, ſed ob meritum aliquod accedere. Sed Martianus econtrà ait. Illa inſtitutio valet, filius impiiſſimus et de me malè meritus, hæres eſto.

Solutio. *L. nec adiecit, loquitur de hæreditate, quæ obuenit extraneo, quæ ob meritum aliquod præcedens dari ſolet, §. illa inſtitutio intelligitur de hæreditate; quæ obuenit ſuo hæredi, quæ ſine merito aliquo præcedente à natura quaſi debita eſt, vt ſubijcit ſtatim Paulus in l. quia, ff. pro ſocio. Cæterùm ſi malè meritus ingratusq́; filius vna ex quatuordecim cauſſis ingratitudinis lege expreſſis à teſtatore in teſtamento exhæredetur, & id ab hærede probetur, meritò excludetur ab hæreditate, Authent. non licet, C. de lib. præterit. & exhæred. Et in §. cauſas, Auth. vt cùm de appellat. cog.*

Pug.

14. §. impoſsibilis, Inſtit. de hæredibus inſti. — 14. §. ſi impoſsibilis, Inſtit. de inutil. ſtipulat.

Impe-

IMperator voluit in hoc §. impoſſibilem conditionem adiectã vitiari, & pro non ſcripto haberi, diſpoſitione pura remanente. Idem tamen alio in loco ſcilicet in §. ſi impoſſibilis Inſtitut. de inutilibus ſtipu. ſtatuit conditionem impoſſibilem vitiare obligationem: quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, l. impoſſibilium, ff. de regulis iuris.

Gloſſa vtrobique diſtinguit, facitq́; differentiam inter contractus, ſeu obligationes, & vltimas voluntates: nam in contractibus conditio impoſſibilis appoſita vitiat & vitiatur, d. §. ſi impoſſibilis. In vltimis verò voluntatibus earum fauore plenior ſit interpretatio l. in teſtamentis, ff. de regulis iur. vt ſcilicet conditio impoſſibilis vitiet diſpoſitionem vltimam. Ratio differentiæ hæc potiſſima videtur inter contractus & vltimas voluntates: nam cùm in contractibus conditio impoſſibilis apponatur, tacitè videtur agi inter contrahentes, vt non valeat contractus, quæ ratio deſumpta videtur ex l. non ſolùm, ff. de act. & obligat. vbi ait Iuriſconſultus: Non ſolùm ſtipulationes, ſed & cæteri quoque contractus, veluti emptiones & locationes, impoſſibili conditione adiecta, æquè nullius momenti ſunt. Addit deinde rationem hanc: quia in ea re, quæ duorum pluriúmue conſenſu agitur, omnium voluntas ſpectatur, quorum Solutio.

pro-

procul dubio in huiuſmodi actu talis cogitatio eſt, intellige, præſumptiōe iuris, vt nihil agi exiſtiment, adpoſita ea conditione, quam ſciant eſſe impoſſibilem. At in vltimis diſpoſitionibus, cùm ſola teſtatoris voluntas ſpectetur, non hæredis aut legatarij, non æquè videtur inter eos tacitè agi, vt diſpoſitio inutilis ſit, impoſſibili conditione adiecta, quemadmodum in obligationibus inter viuos.

Pug.

15. l. Nemo, pen. ff. de pact. | 15. l. Si creditor, §. fi. ff. de diſtract. pignor.

EX *l. nemo colligitur. pactum, de non alienando rem propriam, non valere. Cuius exempla duo aut tria in ea lege proponuntur: Si paciſcar, ne vendam fundum meum: Vel, ne faciam locum meum religioſum, vel quocunque alio modo promittat, tale pactum non valet. Contrarium videtur aſſerere Iuriſconſultus in l. ſi creditor, §. fin. ff. de diſtract. pignor. in qua vult: Si pactum de non vendendo adpoſitum ſit ab eo, qui habet ius in re, impedit venditionem, vt pactioni ſtetur. Verbi gratia: Si debitor, rei pignori, ſeu hypothecæ datæ dominus paciſcatur creditori, ne ſibi liceat vendere rem pignori obligatam, pactio huiuſmodi valet, & venditionem impedit, vt pactioni ſtetur.* Solutio, *Soluitur autem*

tem breuiter hoc modo: In l. nemo, non intereſt paciſcentis rem non vendi: in d. autem §. fin. l. ſi creditor, intereſt paciſcentis, hoc eſt creditoris, ne res, ſibi pignori data, alienetur, quò magis ei in tuto ſit debitum, quod etiam notatur in §. fi. Inſtitut. quibus mod. re contrah. obligat.

Pug.

16. l. Sicut, §. ſuperuacuum, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.	16. l. Solita, vlt. §. fina. C. de remiſſ. pignor.

IN d. l. ſicut, Iuriſconſultus huiuſmodi caſum proponit: Debitor, conſentiente creditore, rem pignori obligatam, vendidit. deinde eam emit, & poſſidet: ſi debita pecunia ſoluta non ſit, & excipiat debitor, quòd voluntate creditoris vendita ſit res, & ideo remiſſum pignus videatur, l. ſi conſenſit. ff. quibus modis pign. vel hyp. ſolu. Reſpondit Iuriſconſultus replicationem doli mali creditori dari. Contra quam ſententiam Imperator Iuſtinianus videtur conſtituiſſe in d. l. vltim. eum qui ſemel conſenſit alienationi hypothecæ, & hoc modo ius ſuũ reſpuit, indignum eſſe eandem rem, vendicare, vel tenentem inquietare, quod fieri non poteſt, cùm per conſenſum remiſerit.

In §. ſuperuacuum, d. l. ſicut, dubitabatur, vendiderit, vel non, & ideo incertum erat de conſenſu creditoris. In dicta verò l. fin. certum Solutio.

erat, vendidiſſe, & conſenſum adhibuiſſe creditorem.

Pug.

17. l. Namque de quibus, ff. de legibus.	17. l. Conſuetudinis, C. quæ ſit longa conſ.

RECtiſſimè namque illud receptum eſt, ait Iulianus, vt leges non ſolùm ſuffragio legiſlatoris, ſed etiam tacito cōſenſu omnium per deſuetudinem abrogentur. Ex qua l. probari videtur, legem duobus modis tolli, primùm per aliam l. legiſlatoris, nempe Imperatoris, deinde per contrarium populi conſuetudinem. At contrarium conſtituit Imperator Conſtantinus in d. l. conſuetudinis, cuius hæc ſunt verba: Conſuetudinis vſusq; longæui non vilis auctoritas eſt, verùm non vſque adeò ſui valitura momento, vt aut rationem vincat, aut legem. Ergo conſuetudo non eſt tantæ auctoritatis, vt legem vincat. Hæc lex Cōſtantini Canonizata eſt in Can. conſuetudinis 11. diſt. in Decret. lib.*

Solutio. *Aut eſt lex generalis, & conſuetudo item generalis: & tunc conſuetudo contraria generalis omnium gentium, legem, quæ apud omnes gentes obſeruabatur, tollit, d. l. de quibus in fin. ff. de legib. Aut verò lex eſt ſpecialis, & conſuetudo quoque ſpecialis: & eo caſu cōſuetudo ſpecialis vnius loci, legem ſpecialem illius loci tollere poteſt, l. venditor, §. ſi conſtat, ff. com. prædior.*

dior. Aut verò lex eſt generalis, ſed conſuetudo ſpecialis: & tunc illa ſpecialis conſuetudo legem generalem minimè dirimere poteſt. & ita intelligitur d.l. conſuetudinis.

Pug.

18. l. In rem, §. ſed & id quod in charta, ff. de rei vendic.	18. l. Qua ratione, §. literæ, ff. de acquir. rer. dom.

Ait Paulus in dicta l. in rem, §. ſed & id quod &c. ff. de rei vendicat. Id quod in charta mea ſcribitur, vel in tabula mea pingitur, ſtatim meum fit: nam tabulæ videtur pictura cedere. Deinde ait: Licet de pictura quidam contrà ſenſerint, propter pretium picturæ, neceſſe eſt ei rei cedi id quod ſine illa eſſe non poteſt. Ergo cùm pictura ſine tabula eſſe non poſſet, neceſſe eſt picturam quamuis pretioſiorem tabulæ cedere. Contrà reſpondit Caius in l. qua ratione, §. literæ, ff. de acquir. rerum dom. vbi conſtituit differentiam hanc inter literas & picturas: Nam (inquit) literæ quantumuis pretioſæ chartis ſuppoſitis cedunt, ſed ex diuerſo placuit tabulas picturæ cedere. Idem ſentit Imper. in §. literæ, Inſtitut. de rerum diuiſione.

Quidam ſoluunt hoc pacto hanc contrarietatem, cùm videant ſententiam Caij ab Imperatore eſſe confirmatam, abrogatam eſſe Pauli legem putant, quod veriſimile non eſt, cùm cor- Solutio.

 rectio

rectio in legibus noſtris inducenda non ſit, niſi expreſsè fiat, vt not. in vulgata l. præcipimus, C. de appellat. Quocirca dicendum ſecundum glo. d. §. ſed & id quod, vt ſiquidem tabulæ ſit pretioſior pictura, ceſſio fiat pretioſiori. Quod autem dicitur tabulam cedere picturæ ſuperimpoſitæ, hoc intellige, quoad dominium directum, nam pictori ad[…]ſus eum cui pinxit, di-

Solutio. *recta rei vendicatio competit, vtiq; ſi pretium tabularum exoluat: ſecus autem quoad vtile dominium, nam domino tabularum vtilis rei vendicatio datur aduerſus pictorem, ſi tabulas poſſideat, ſi impenſam ſoluat, d. §. litera.*

Pug.

19. §. Si quis ancillas, verſ. idem eſt, Inſtit. de legat.	19. l. Si cui, ff. de fundo inſtr. vel inſtrument. leg.

AIt Imperator in d. §. ſi quis ancillas, &c. Si fundus inſtructus, vel cum inſtrumento legatus fuerit, fundo alienato à teſtatore, & inſtrumenti legatum extinguitur. Nullam ergo Imperator conſtituit differentiam inter hæc duo, ſiue inſtructus, ſiue cum inſtrumento fundus legetur, in hac re vt reuocato fundi legato, & inſtrumenti legatum reuocatum intelligatur. in qua ſententia Paulus fuit, nihil enim intereſſe exiſtimabat, ſiue inſtructus fundus, ſiue cum inſtrumento legatus fuiſſet. Sed con-

trarium reſpondit Labeo in l. ſi cui, ff. de fundo inſtr. vel inſtrum. leg. vbi refert Pauli ſententiam, inter illa duo legata nullum diſcrimen conſtituentis. Imò contrà, ait, Inter ea legata hoc intereſt, vt ſi legetur fundus cum inſtrumento, & alienatus ſit à mortuo teſtatore, nihil erit legatum. Ex altero verò, id eſt legato fundo inſtructo, eodemq́; alienato, poterit inſtrumentum eſſe legatum.

Gl. in d. §. ſi ancillas, ait plenius legatum eſſe fundi inſtructi, quàm fundi cum inſtrumento, quia ſi legaui tibi fundum meum inſtructum, certè in hoc legato, non tantùm continetur inſtrumentū eiuſdem fundi, ſed etiam proprium meum inſtrumentum, vt eſt ſuppellex, quæ erat in fundo vſius mei cauſa, quemadmodum et veſtes meæ, lecti, & menſæ, aurum, & argentum cum ſimilibus, vt probatur in l. quæſitum, §. ſi fundus. ff. de fundo inſtr. Quòd ſi legetur fundus inſtructus, vel cum inſtrumento ſecundum formam d. §. ſi ancillas, perempto legato fundi, legatum inſtrumenti fundi perit. Sed inſtrumentum proprium patriſfamil. non perit, licet legatum fundi pereat, & ita procedit quod à Labeone dicitur in d. l. ſi cui in fin. Solutio.

Pug.

20. l. Poſſeſſio 1. §. ſi vir vxori, ff. de acq. poſſ.

20. l. Peregrè, ff. eod.

IVriſconſultus in d. l. 1. §. ſi vir vxori, ff. de acquir. poſſeſſ. ait, mulierem rem ſibi donatam a marito poſſidere, ſi maritus ei poſſeſſionem conceſſerit: Quoniam (inquit) res facti infirmari iure ciuili non poteſt. Significat ergo Iuriſconſultus eo in loco poſſeſſionem iure ciuili tolli nō poſſe, cùm ſit facti l. in bello, §. factæ, ff. de capt. & poſtl. reuerſ. quod inhibet donationem inter virum & vxorem fieri, l. 1. ff. de donat. inter virum & vxorē. Dicendum tamen videtur poſſeſſionem acquiri mulieri, quamuis dominium rei donatæ ei non acquiratur conſtante matrimonio. Pro contraria opinione, quod

Lex contrar. poſſeſſio ſit iuris, adducitur textus in l. peregrè, ff. de acquir. poſſ. vbi per obliuionem partis loci, in qua res mobilis cuſtodiæ cauſa reponitur, ius poſſeſſionis non perditur: Dicit namque in eo loco Iuriſconſultus ius poſſeſſionis, quibus ſatis apparet poſſeſſionem ad ius referri, quod etiam probatur in l. 3. §. hæreditas, ff. de bonorum poſſeſſ.

Solutio. Bart. in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. hoc cum diſtinctione diſſoluit. Poſſeſſionis acquiſitio ipſa, quæ corpore fit, eſt facti: ſed ipſa iam acquiſita, eſt iuris, vt d. l. peregrè, quæ de retinenda poſſeſſione rei loquitur, quæ iam antea acquiſita erat.

21. §. Ex

Pug.

21. §.Ex contrario, verſ. quòd ſi viuo inſtit. de legat. 21. l. Debitor, ff. de legat.2.

*A*It Imp. Si creditor debitori ſuo in diem vel ſub conditione debitum, purè legauerit, in huiuſmodi ſpecie conſtituit vtile eſſe legatum, propter modum repræſentationis, quia illud quod erat primò in diem, vel ſub conditione debitum, per legatum mortuo teſtatore purificatum eſt: ſed ſi viuo teſtatore conditio vel dies venerit, Papinianus ſcripſit, nihilominus valere legatum: hoc ideo, quia ab initio tenuit. Contra hanc Papiniani ſententiam Paulus reſpondit expreſſim in l. debitor, ff. de legat.2: vbi ait: Debitor creditori decem legat, quæ ei poſt annum ſub pignore debebat, ſi viuo teſtatore annus ſuperuenerit, dicendum eſt (inquit) inutile effici legatum, quod ſententiæ & rationi ſuperiori apertè repugnat. Hæc repugnantia, diſſolui poteſt hac interpretandi via, l. debitor, cùm in ea dicitur eſſe legatum inutile, hoc ita explica, id eſt, non vtile & ſine commodo, cum alia actione perſonali ex obligatione deſcendenti peti poſſit. Quod autem dicitur in §.ex contrario, valere legatum, hoc intellige, vt actione ex teſtamento peti poſſit. Contr. leg. Solutio.

Pug.

22. l.Actus legitimi,ff. de regulis iur. | 22.§.ad certum,Inſtit.qui teſtam.tut. dari poſſ.

Ait Iuriſconſultus in ſupradicta l. actus, dationem tutoris fieri non poſſe, neque ad diem, neque ſub conditione, quod probatur in ea lege ex duobus capitibus: primùm enim generaliter ſcripſit: Actus legitimi nõ recipiunt diem, neque conditionem. Sed poteſt inferri, tutela eſt iure ciuili data ac permiſſa, vt ex eius definitione conſtat in l.1. ff. de tutelis. Ergo tutoris datio fieri non poteſt neque ad tempus, neque ſub conditione. Deinde addit exemplum Cõtrar. *Iuriſconſultus, veluti tutoris datio. At Imperator omninò contrarium cõſtituit in §.ad certum, Inſtitut.qui teſtament.tut. dari poſſ.cuius verba hæc ſunt: Ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel ſub conditione poſſe dari tutorem, non dubitatur.* Solutio. *Accurſ. in §. ad certum, hanc adducit ſolutionem, qua concluditur à teſtatore in teſtamento dari poſſe tutorem ad diem, vel ſub conditione, ſed à iudice non. Sed hæc ſolutio ex verbis & mente Legumlatorum probanda eſt. Nam quòd primum caput ſolutionis veriſſimum ſit, probatur ex titu. Inſtitut. qui teſtamento tut. dari poſſ. ſub quo §. ad certum collocatus eſt. Non mirum itaque, ſi iuxta hunc tit. ſit intelligendus, ſecundum ea quæ no-*

tan-

tantur in l. Imperatores, ff. de in diem addict. Quod attinet ad ſecundum caput, certiſſimum eſt, à iudicibus, qui ius dandi tutores habent, ſub conditione dari non poſſe tutores, vt explicat Vlpianus in l. muto, §. ſub conditione, ff. de tutel. vbi ait, ſub cõditione à Præſidibus prouinciarum non poſſe dari tutorem, placet: & ſi datus ſit, nullius momenti eſſe dationem, quia (inquit) Præſides prouinciarum dant tutorem, ſi ſatisdederit. Hac autem dictio, ſi, conditionem ſignificat, vt in l. demonſtratio, §. fina. ff. de condit. et demonſt. vbi dicit IC. hanc adiectionem, quã illi Præſides faciunt, non conditionem in ſe habere, ſed admonitionẽ, ex quo obiter notanda dictio, ſi, non ſemper conditionaliter poni.

Pug.

25. l. Is qui putat, ff. de acquir. hær.	23. §. ſi quis rem Inſtit. de legat.

IN d. l. is qui, Vlpianus ſcribit, eum qui putat ſe neceſſariũ heredem, cùm ſit voluntarius, non poſſe repudiare hæreditatem, hanc addens rationem: Nam plus (inquit) eſt in opinione, quàm in veritate. Qua ratione motus Labeo in l. 2. §. ſi à pupillo, ff. pro emptore, putat in hac ſpecie: Si à pupillo emero rem ſuam ſine tutoris auctoritate, quem puberem eſſe putabam, cùm non eſſet, vſucapionem ſequi poſſe, vt hic nõ plus ſit in re, quàm in exiſtimatione. Non plus eſt in

re, ſcilicet quòd ille eſt pupillus: quam in exiſtimatione, ſcilicet quòd creditur pubes. At verè

Contrarium. *Imperator rationem hanc generalem ex oppoſito ſubuertit in §. ſi quis rem Inſtitut. de legat. vbi conſtituit valere legatum, ſi quis rem ſuam quaſi alienam, id eſt, credens alienam, legauerit. Et hac ratione ad verbum ſuperiori contraria: Nam plus valet quod in veritate eſt, quàm quod in opinione, l. 2. § ſi ſub conditione, ff. pro empt.*

Solutio. *Bart. in l. gerit, ff. de acquir. hered. hanc ponit diſtinctionem: Aut loquimur in his, quæ in ſolo animo conſiſtunt, vt eſt aditio hæreditatis, quæ ſolo animo fieri poteſt, § fin. Inſtitut. de hæred. qualit. & different. Et tunc magis inſpicitur opinio, quàm veritas, d. l. is qui putat. Aut verò ſumus in his, quæ in ſolo animo non conſiſtunt, ſed in facto: & tunc ſecus, hoc eſt, magis rei veritatem, quàm opinionem ſequimur. Et ita intelligitur d. §. ſi quis rem.*

Pug.

24. l. Ante ſententiam, ff. de appellat. recip.	24. l. Ante ſententiæ, C. quorum appell. non recip.

IVriſconſultus in ſupradicta l. ait, ante ſententiam ſcilicet definitiuam appellari poſſe: ſi quæſtionem in ciuili negotio habendam iudex interlocutus ſit: Vel in criminali contra leges iudex

iudex hoc faciat. Sed Imperator in l. ante ſententiæ, quorum appellat. non recip. ſtatuit contrarium his verbis. Ante ſententiæ, ſcilicet definitiuæ (vt vult glo.) tempus appellari non licet. Ergo vult illa lex, ante definitiuam non appellari. Et ab interlocutoria appellationem non eſſe faciendam.

Bart. ita diſtinguit: Cùm quæritur, an ab interlocutoria, quæ ante definitiuam fertur, appellari poſſit. Aut grauamen illatum ab interlocutoria non poteſt reparari per appellationem à definitiua. Et poteſt appellari d. l. ante ſententiam 2. de appell. recip. Aut poteſt, & tunc ſi eſt talis interlocutoria, quæ non perimit totum negotium, &c. non poterit appellari d. l. ante ſententiæ. Solutio.

Pug.

25. l. Cognitio, § vt poſſeſsio, ff. de offi. eius, &c. l. 4. § duas, ff. de damno infecto.	25. l. Iubere cauere, ff. de iuriſdict.

SCribit Martianus Iuriſconſultus in dicta l. cognitio, vt poſſeſſio bonorum detur: vel ſi cui damni infecti nomine caueatur, vt is poſſidere iubeatur: aut ventris nomine mulier: vel is cui legatum eſt, legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeſſionẽ mittatur, mandari poteſt. Dare itaque bonorum poſſeſſionem, & in poſſeſſionem mitte-

mittere, alijs delegari poteſt. Huic ſententiæ Vlpianus ſubſcribit in l.4.§. duas,ff. de damno infecto,ſic inquiẽs: Prætor, vel Præſes, duas res Magiſtratibus municipalibus iniunxit, actionem (aliàs, & rectiùs, cautionem) & poſſeſſionem, cætera ſuæ iuriſdictioni reſeruauit. Itaque cautio & poſſeſſio alijs delegari poteſt. Contra hæc duo reſponſa, alia duo obijciuntur. Contra primum ſcilicet Martiani Iuriſconſulti reſponſum, obijcitur Vlpiani reſponſum in l.iubere cauere,ff.de iuriſdict. vbi dicit: Iubere cauere, & in poſſeſſionem mittere, imperij magis eſt, quàm iuriſdictionis. Magiſtratus municipalis facere non poteſt, l.ea quæ.ff. ad municipal. Ergo non poterit iubere cauere damni infecti nomine, nec in poſſeſſionem mittere, contra d. §. vt poſſeſſio, quo manifeſtè dicitur, ea alijs delegari poſſe. Item contra d. §. vt poſſeſſio, Pauli reſponſum contrarium extat in d. l.ea quæ, §. Magiſtratibus, in quo ſic ſcribitur: Magiſtratibus municipalibus non permittitur in integrum reſtituere, aut bona rei ſeruandæ cauſa iubere poſſidere: aut dotis ſeruandæ, vel legatorum ſeruandorum cauſa. Cùm tamen in d. §. vt poſſeſſio, contrariũ reſponſum à Martiano, cùm inquit, mandari non poſſe, vt in poſſeſſionem mittatur legatarius legatorum ſeruandorum cauſa. Quod quidem Pauli reſponſum in d. §. Magiſtratibus repug-

repugnat alij reſpōſo Pauli, quod ſuprà citatum eſt in l.4.§. duas, ff. de damno infecto, in quo ſcripſit, poſſeſsionem Magiſtratibus municipalibus demandari, cùm tamen in §. Magiſtratibus, ſentiat Magiſtratus municipales iubere poſſidere non poſſe.

Cognitio poteſt mandari, ſit danda vel non bonorum poſſeſsio, vt in d.§. vt poſſeſsio, ſed ipſa poſſeſsio non, vt in d. l. iubere cauere. Apertius hoc declaro, quod dicitur in §. vt poſſeſsio: mandari poſſe, vt bonorum poſſeſsio detur: ſic intelligitur, vt delegatus cognoſcat, danda ſit, vel nō poſſeſsio, & etiam pronunciet mittendum, vel non. Et hoc in quandam conſequentiam, quia de qua re cognouit iudex, de ea & pronunciare debet, l. de qua re, ff. de iudic. Cæterùm vt cognoſcat & pronunciet, & re ipſa mittat, mandari non poteſt. Nec obſtat etiam l.4.§. duas, ff. de damno infecto, vbi Prætor delegat miſsionem in poſſeſsionem. Solutio.

Pug.

26.l. Vſusfructus, 4.ff.de vſufr.	l. Rectè dicimus, ff.de verborum ſig.
l. In vēditione, ff. de bo. auth. iudic. poſsid.	

AIt Paulus Iuriſconſultus in d.l. vſusfructus, in multis caſibus partem dominij eſſe.

eſſe. Qua ratione Caius in l.in venditione.ff. de bonis auth.iudic.poſſ. putat in venditione bonorum debitoris vſumfructum venire, quia appellatione domini, vſufructuarius continetur.

At idem Paulus ſibimet repugnans alio in loco, nempe in l. rectè dicimus, ff. de verborum ſignif. penitùs aliter quàm ſcripſerat, opinatum fuiſſe, contrariamq́ ſententiam dixiſſe inuenitur, ſcribens hoc modo: Rectè dicimus eum fundum totum noſtrum eſſe, cuius vſusfructus alienus eſt, quia vſusfructus non dominij pars, ſed ſeruitutis ſit, vt via & iter. Quæ ratio penitùs aduerſa eſt ſuperiori ſententiæ, qua ſenſit vſumfructum dominij partem eſſe. Qua quidem ratione motus Vlpianus in l. falſus, §. fi. ff. de furt. putat, ſi vſusfructus ſerui peruenerit ad furem ſerui, non extingui actionem furti. Et huius rei rationem addit: quia fructuarius dominus non eſt. Videmus igitur in his quatuor locis maximam in Iuriſconſultis varietatem.

Solutio. *Sed primo loco quod dicitur à Paulo in l. rectè dicimus, de verborum ſignif. id generaliter accipiendum eſt, vſumfructum ſcilicet non partem dominij, ſed ſeruitutis eſſe, veruntamen hoc, quod traditum eſt pro regula ab eodem Paulo, exceptionem in multis caſibus habet, itaque Paulus in d. l. 4. ff. de vſufr. non regulariter dixit vſumfructum eſſe dominij partem, ſed (vt*

vtar

vtar verbo Doctorum noſtrorum) cum grano ſalis locutus eſt, adiecitq́ hæc verba, in multis caſibus, ſignificãs certè, quod verum eſt, id plurimis in cauſis locum habere, non autem regulariter in omnibus. Exempla quinque ſubijcit in eadem l. 4. & in l. ſeq. cùm habeatur pro dominio vſusfructus, & non ſit pars ſeruitutis. Primum exemplum eſt: quia præſens & ex die, vel ad diem dari poteſt. Secundum, quia pro parte indiuiſa, vel diuiſa conſtitui poteſt. Tertium, quia per legem Falcidiam minui poteſt. Quartum exemplum eſt, quia reo debendi defuncto, vſusfructus obligatio diuiditur in partes hæreditatis. Quintum ſi ex communi prædio debeatur, vno ex ſocijs defendente, pro parte defendentis fiet reſtitutio. Sed in cæteris ſeruitutibus ſecus eſt, vt ibi not. glo. & probatur: primùm ſeruitutes conſtitui non poſſunt ex tempore, vel ad tempus l. 4. ff. de ſeruit. Secundò, pro parte conſtitui ſeruitus non poteſt, l. pro parte ff. de ſeruitut. Cui videtur obſtare l. ad certam, eod. tit. vbi ad certam partem poteſt conſtitui ſeruitus, ſed interim breuiter reſpondendum. hæc de parte pro indiuiſo intelligi: illa de parte pro diuiſo. Tertiò, quia cæteræ ſeruitutes ſunt indiuiduæ, l. viæ itineris, ff. de ſeruitutibus, l. 1. §. ſi vſusfructus, ff. ad legem Falci. Ideo per eandem minui non poſſunt. Quartò, quia in

cæte-

cæteris ſeruitutibus, debitore mortuo, quilibet hæredum non pro parte, ſed ſolidum reſtituet, l. loci corpus, § .ſi fundus, ff. ſi ſeruit. vendi. Quinto in cæteris ſeruitutibus, ſi ex communi prædio debeatur, ſeruitute vno ex ſolijs defendente, in ſolidum fiet reſtitutio, d. §. ſi fundus. Secundo loco ad duo ſuperiora reſponſa Caij & Iuliani hæc reſponſio dari poterit. Vſufructuarium dici poſſe dominum & non dominum diuerſimodè, ſiue reſpectiuè, id eſt, diuerſis reſpectibus: Dominus quidem dicitur impropriè in vſufructu, ſcilicet vtilis, ſed vſufructuarius non eſt dominus, ſcilicet directus, vnde eleganter Bald. in l. proprietatis, C. de probat. duo genera dominij diſtinguit, vnum eſt quod directum appellatur, & id eſt pprietas, aliud vtile, quod eſt in vſufr.

Pug.

27. l. Si filiusfamil. ff. de iudic.	27. l. Si iudex, fin. ff. de var. & extraord. cog.

IN priore l. iudex litem ſuam facere intelligitur, cùm dolo malo egerit: in poſteriore iudex qui litem ſuam fecerit, cùm ex quaſi maleficio teneatur, nihil dolo feciſſe videtur. Superius dolo fecerat iudex: ſecundo loco, non dolo, ſed per imprudentiam: quod tum eſt clarius, quia ex ipſiſmet textibus fundatur. Nec enim pro-

procedit, ſi ex indeterminata quiſpiam deciſione legum nos impellere pergat: nã ſicut in Logica, indefinita oratio in accidentalibus non æquipollet vniuerſali: ita in lege, p regula ſeruatur, quod ab indefinita deciſione, ad taxatiuam vel vniuerſalem, aut præciſam, niſi propria exigat ratio, non arguatur. Itaque cum d. l. ſi filiusfamil. doceat iudicem tunc litem ſuã facere, cùm dolo egerit, non ſequitur, quòd eo duntaxat caſu litem ſuam facere dicatur: poteſt enim iudex dolo, poteſt & præter dolum, ex imprudentia litem ſuam facere.

Pug.

28. l. Hoc iure. Et l. inſulam. Cum l. Stipulationes, 2. ff. de verb. oblig.

IN l. hoc iure. factum ad diem, & erat conditionale, & ad euentum tertij reyciebatur: quo caſu, quandocunque etiam ante diem conditio defecit, pura iam erat promiſſio, ex communibus iuris regulis. At in l. inſulam, factum à promiſſore ad diem duntaxat explicandum fuit, vnde tota obligatio tanquam non habens conditionem, cuius euentus expectetur. Alius autem textus l. ſtipulationes, in fin. ſe ſoluit, ibi enim ante diem, non ad totale factum agitur, ſed ad id, quod in partẽ intereſt, non eſſe cœptũ.

Proinde propria ratio quamq; legem defendit.
Pug.

29. l. Cùm quidam.	Cum	l. In fraudem, in prin. ff. de iure fiſc.

L. cùm quidam, de reo loquitur, qui accuſatus quidem erat, verùm nec damnatus, quod verba indicant: is non acquirendo, in fraudem fiſci nihil cõmiſit, quod adhuc dubiũ erat, condemnaretur, an non condemnaretur. Regulariter enim acquirere nemo tenetur, l. qui autem. ff. quæ in fraud. credit. At in l. in fraudem, iam damnatus erat, qui lucra ſibi oblata non acquiſierat, meritò in fraudem fiſci cēſebitur feciſſe. Quod autem d. l. in fraudem de damnato loquatur, probatur ex primo reſponſo eiuſdem l. vbi res alienatæ reuocantur: reuocari autẽ non poſſunt, niſi poſt condemnationem, per text. in l. facultas defenſionis, C. eod. lib. 10. Præterea & ſubtilius dici poteſt, quod l. in fraudem, de eo intelligatur, qui dum damnatus eſſet, directo et ex ſua ipſius perſona acquirere, adeoq; rem illicitam fecit. Sed in l. cùm quidam, reus actum licitum fecerat, quod necdum damnatus, filium emancipauit: quo caſu licet in conſequentiam non acquireret (hæreditatem enim filio delatam filius ſibi quæſiuit) in fraudem tamen fiſci feciſſe non dicitur, tum quia adhuc accuſatio dubia erat, tum quia adminiſtrare adhuc poterat,

rat, l. aufertur, §. in reatu. ff. eod. Item cauſa fi-lij fraudem excuſabat propter naturæ pietatẽ, argum. eorum quæ not. in l. Iul. in fin. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſt. Denique fraus tum facilius excluditur, quòd reus, vt diximus, non directo & principaliter, vel ex deſtinato, non acquirebat, ſed per conſequentiam, & velut per obliquum, quorum nullum in l. in fraudem, concurrerat. Hæc, vt videtur, eſt vera ſolutio, quamuis Bart. aliter ſentiat.

Pug.

30.	l. Quid tamen.	l. Cùm ab eo, ff. de contrah. empt. & vendit.

IN hiſce ll. vno caſu conſtabat emptio æris pro auro: alibi in menſa, quæ putabatur argentea, non conſtabat. Quippe in l. quid tamen, materia erat mixta: confuſum enim erat æs auro, vt ſic in materia nõ fuerit prorſus erratum. Sed in l. cùm ab eo, penitùs errabatur in materia: menſa enim licet eſſet argento cooperta, laminis fortè, in materia tamen nihil fuit argenti. Sic & qui acetum pro vino emit, ſi à principio acetum fuerit, nihil aget: ſecus ſi vinum ex pòſt facto acuerit, l. in venditionibus, in fin. eod. titu. Sumitur & facilior ſolutio ex textuum ſerie: nam in l. cùm ab eo, actum fuerat, vt menſa ſolida argentea venderetur, quod in l. quid tamen, non erat.

Vide Iacob. Cuiac. lib. 2. Obſeruat. cap. 4.

Pug.

31\. l.Si pœnæ,§.1.ff. de condict inde. Cum l.Repetitio,eod. titu.

IN hiſce legibus,is qui ſoluit non debitum vero creditori, vno loco repetit, alio non repetit. Sed ſi ſoluentium conditionem conſideres, facillimè videntur poſſe conciliari. Siquidem qui ſoluit ſuo nomine,nihil dubitans ſe eſſe debitorem,is repetit,d.§.1. Fallebatur enim & propoſito ſoluendi,& facto ſolutionis. Sin ſoluat vt debitor,ſed non alio reſpectu, quàm ratione rei quam debuit, is non repetit,d.l.repetitio. Licet enim opinione falleretur , ipſa tamen ſolutio, propter rem debitam facta,nihil fefellit.Exemplo res plana eſt in herede putatiuo qui hereditatem tanquam credens ſe heredem poſſidet:is ſi creditoribus hereditarijs ſoluat ſuo nomine, non vt poſſeſſor, euicta hereditate repetit,d.§. quamuis.Sin vt poſſeſſor ſoluerit, id eſt, propter hereditatem,non repetit,d.l.repetitio,ſed hereditati euictæ imputat. Vtrobique erat heres putatius, vtrobiq; creditores ſuum receperunt: ſed primo loco ſolutio debiti ex ſola indebitè ſoluentis perſona fundabatur. Alio loco non ſolùm perſona ſoluentis, qui nihil debebat, ſed etiam ex re,id eſt,hereditate, quæ obligata fuit, proceſſit ſolutio, vnde meritò illic condicitur. Et prædicta declaratio tum ex d. §. quamuis, tum alibi

alibi ex l.ſi quid poſſeſſor. ff. de petit. hæreditat. eleganter fundatur, vbi Iuriſconſultus poſſeſſorem hæreditatis, qui ſoluendo creditoribus non eſt factus locupletior, ab eo qui eſt factus locupletior, non alia ratione diſcreuit, quàm quod hic condictionem indebiti habet, ille non habet. Cuius diuerſitatis quæ poteſt alia eſſe ratio, quam quod alter ſuo, alter hæreditatis nomine ſoluerat? Soluere autem vel expreſſo hæreditatis nomine poſſe textus docet in l.ſi.§.ſin autem, C.de petit.hæred.

Pug.

32.	l.Per ſeruum, §.denique, ff. de vſu & habit.	Cum l.Huic, §.1.ff.vſusfr. quemadm.cau.

SIquidem in priore lege, fructus ſine vſu non conſiſtit, quod adempto vſu & fructus perijt: in poſteriore conſiſtit, cùm fructus ſine vſu legari poſſit. Solutio ita procedit: nam cùm fructui ex natura rei inſit vtendi cõmoditas, quod nemo frui, niſi vtendo, poſſit: mirũ non eſt, vtendi facultate adempta, etiam fructum adimi, vt d.l. per ſeruum. Ad hoc de ea vtendi facultate, quæ ex concomitantia fructum ſequitur, intelligi conueniet. Poteſt tamen nihilominus fructus legari ſine vſu, quæ ſit ſeparata ſeruitus,

d.l. huic, quo caſu fructuarius, licet fruendo vtatur cauſaliter, ſeorſum tamen vti iure ſeruitutis non poſſet. Itaque in l. per ſeruum, fructui inerat facultas vtendi ex cõcomitantia, l. huic. Ius ſeruitutis vſus, fructui formaliter non inerat. Nec eſt hæc diuinatio impertinens: nã vſus coniunctus fructui, non poteſt alius eſſe, niſi vel concomitans, vel (vt cum interpretibus loquamur) cauſalis. Duo enim formalia iuri coniungi non poſſunt, l. 1. ff. de vſufr. leg. quod & ipſa ſani hominis ratio docet. Separatus itaque à fructu vſus, mox formalis eſt, & in ius ſeruitutis erumpit, qui coniunctus fructui, cauſalis erat, & proprij iuris nomen perdiderat: rectè ſicut apud Imperat. Inſti. de rerum diuiſ. § ſi tamen alienam. Purpura iuncta veſtimento, poteſtate iuris ceſſat eſſe purpura: ſeparata à veſtimento, iam in nomen purpuræ reuertitur. Sic tegula, ſic tignum iunctum domui, vim propriã perdidit, & domui accedit: ſeparatum à domo rurſus tignum nominabitur, l. eum qui, ff. de vſuca. In iſtis tamen iuribus incorporalibus ſubtilius res procedit: aliud enim eſt, cùm fructus legatur ſine vſu, nam tunc à principio, vſus pro iure ſeruitutis non ineſt, vtendi tamen commoditas ineſt: aliud cùm vſusfructus legatur, hîc enim vſus à principio ita innectitur fructui cauſaliter, vt ſeparari in ius formale nunquam poſ-

poſſit, qui tamen à principio tanquam ius proprium per ſe ſtare poterat: quam ſubtilitatem in tigno et purpura, quæ exempli cauſa addiximus, non inuenias. Quod autem fructus ſine vſu à principio conſtare poſſit, probatur in l. ſed ſi, in fin. ff. de vſu & habitat. vbi proprietas fundi mea erat, fructus Titij, vſus Flacci. Hæc ergo iura formalia à ſeſe mutuò ſeparari poſſunt: quæ tamen coniungi, imò connecti & confundi videas, ſi vſusfructus apud vnum ſit, & ceſſabunt eſſe iura formalia. Colligendo ergo, aut vſus legatur, aut fructus: ſi vſus, nihil iam commune cum fructu, nec cauſaliter, nec formaliter habebit, l. 1. ff. de vſu & habitat. Sin fructus, hoc caſu pro iure ſeruitutis ſeparatus eſt, d. l. huic. Pro concomitanti verò & caſuali vtendi facultate ſeparatus non eſt, vt l. per ſeruum. Ad prædictam noſtram elucidationem, quam cõmodiſſimè facit, l. qui vſufructum, §. ſed qui, cum §. ſeq. ff. de verborum oblig. vbi qui actum ſtipulatur, deinde iter, nihil agit: ſic & qui vſumfructum ſtipulatur, deinde vſum nihil agit, vtiliter tamen nouandi animo vtraque ſtipularetur. Cuius nulla eſt alia ratio, quàm quòd ſuperioribus caſibus, iter, id eſt, commoditatem eundi: & vſum, id eſt, commoditatem vtendi cauſaliter ſtipulabatur, quo caſu inerat, in poſteriori reſponſo, nouare, id eſt, ſeruitutem itine-

ris & actus, formaliter conſtituere voluit, quæ non inerat: quam diſtinctionem etiam fundat, l. ſi pupillus, §. qui actum. ff. de nouat.

Pug.

33. l.Præcipiunt. Cum l.fin.ff.de Aedilit.ed.

T*Ractat Vlpianus veterana mancipia ea eſſe, quæ trita ſunt, nouitia adhuc rudia intelligit. E diuerſo Venul. ait veteratorem ex nouitio fieri, etiam qui tritus non ſit, ſed noniter ad officium aliquod aſſumptus. Sed facilis eſt harum legum ſolutio: ſi enim in mancipio ſeruiendi aſſuetudinem æſtimaris, veterana erunt quæ trita ſunt, quod Vlpianus in dicta l. præcipiunt, ſignificat. Sin ex officio iniunctо, iam qui ante officium nouitius erat, poſt veterator erit. Nec obſtat quod Venuleius d. l. fi. ad fi. veteratorē non ſpacio ſeruiendi, ſed genere & cauſa æſtimandum, ſcribit: ſubauditur enim dictio, tantum, vt ſic negatio non purè, ſed complexiuè veniat.*

Pug.

34. l.Præſcriptio, vlt. ff.de vſucap. Cum l.Si quiſquam, ff. de diuerſ.& tēp. præſc.

L. Præſcriptio, vlt. ff. de vſucap. & vſurpat. Ex diametro diſſidet, cum l. ſi quiſquam, ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. Nam illic qui pluribus

ribus annis piſcatus eſt, non poteſt prohibere alium eodem iure vti volentem: hic autem in caſu omninò pari, prohibere poteſt. Glo. poſt alias ſolutiones dicit piſcatorem hìc fuiſſe in quaſi poſſeſſione piſcandi, illic autem nō fuiſſe in quaſi poſſeſſione: quam ſolutionem Barto. recipit, & dicit eam ab alijs teneri. At dicat aliquis Accurſium diuinaſſe, quòd iſthæc diſtinctio non ſolùm ex textibus non appareat, ſed etiam ex l. ſi. contrarium colligatur: ibi enim de præſcriptione longi temporis fit mentio; & deinde de piſcatore ſubditur, vnde vt exemplum conueniat regulæ, neceſſe eſt fateri, quòd ibidem piſcator longo tempore in quaſi poſſeſſione fuerit. Hoc tamen non obſtante, vera eſt ſolutio ſupradicta, ſi ſubtiliter declaretur: Nam longa poſſeſſio aliquando vſucapionem parit, & ius dominij. & ſic loquitur d. l. fina. quæ vult, quòd in locis iure gentium publicis ex poſſeſſione non procedat vſucapio dominij, vt in duobus exemplis ibidem. Piſcator ibidem non dicitur fuiſſe in quaſi poſſeſſione, ex qua vſucapio oriretur, etiamſi pluribus annis piſcatus, qui intellectus ex natura tituli colligitur, ſcilicet quòd titu. de vſucapionibus inſcribitur. At verò in l. ſi quiſquam, cùm piſcator pluribus annis piſcaretur, nudū vſum ex ea quaſi poſſeſſione præſcripſit. ſic, vt quamdiu vteretur facultate piſcandi, alios prohibere

poterat, ne eum in vſu turbarent: quod etiam ex eo ipſo titulo, qui de diuerſis & temporalibus præſcript. inſcribitur, colligitur. Vnde ſufficit eo loci præſcriptio ad nudam vtendi facultatem. Apparet ergo veritas ſolutionis, quia piſcator in diuerticulo multis annis piſcatus in l. cõtraria, non fuit in quaſi poſſeſſione, quoad vſucapionem dominij: at in l. ſi quiſquam fuit in quaſi poſſeſſione ad præſcribendam facultatẽ vtendi, ne ab alio in ſuo vſu turbaretur. Cæterùm ſi is piſcator per tempora legitima vti deſiiſſet, poterat facultas piſcandi eo loci ab alio occupari, nec potuiſſet à primo piſcatore iure dominij prohiberi, quod per d. l. ſina. rectè & eleganter determinatur, dum de ædificio in littore poſito & derelicto. ſit mentio: ſicq́ lex legem determinat. Et certè cùm ibidem poſt exemplum ædificij, de piſcationis diuerticulo ſubditur, non poteſt res aliter intelligi, quam vt prædiximus. At hodie ius piſcandi conſuetudinibus & vſurpationibus mutatum eſt, l. in fraudem 3 ff. qui & à quibus, implicabiliter videtur diſſidere cum l. ſi quis, ff. quæ in fraudem creditor. quia illic dicitur libertates intercidere, ſi alijs creditoribus non ſoluatur, etiam vbi priores creditores dimiſſi ſunt: cuius contrarium in l. ſi quis. planè habetur. Gl. in d. l. in fraudem, diuinat ineptè. Angel. tenet ſolutionem gl. quod in d. l. in fraudem,

dem, textus loquatur de fideicommiſſaria libertate. Sed hoc eſt apertè contra textum ibidem, cùm exprimit libertates teſtamento datas. Dicendum tamẽ, quòd varij generis creditores habuit, quorum aliqui priores erant tempore, alij poſteriores, omnes tamen extabant tempore quo in fraudem alienauit, vnde non ſufficit priores tempore dimittere, niſi et reſidui, quibus adhuc non erat ſolutũ, dimittantur. Et hæc ſolutio fundatur ex verb. reſiduos. Dicendum tamen, quòd hoc caſu l. erit ſuper indubitato poſita. Sed fortè dubitatio in eo eſt, quòd dum libertates dedit, voluit tãtummodò fraudare priores: ſed hoc non poterat, niſi etiam reſiduis noceretur. Putabat reſiduis cõſultum eſſe, ſi priores dimitterentur, & ſic non erat fraus deſtinata contra reſiduos, ad quod poteſt facere l. in fraudem 1. eod. titu. ff. qui & a quibus. Solutio.

Pug.

35. l. fin. ff. de cond. cau. data. Cum l. Naturalis, §. 1. ff. de præſcr. verb.

D*Iſſidere inter ſe videntur l. fin. ff. de con. cauſa data cauſa non ſec. & l. naturalis, §. 1. ff. de præſcr. verb. Nam priore, Si dedero tibi pecuniam, vt tu des Stichum, nõ contrahitur emptio: cuius diuerſum poſteriore lege docetur:*

tur: ibi enim, ſi pecuniam dedero, vt Stichum accipiam, emptio eſt. Sed eum nodum rectè explicuit Bar. nempe quod in l. naturalis, §. 1. contrahebatur per ver. accipiendi, quod generale eſt, nec vrget tranſlationem dominij, ſicut verb. dandi, in d. l. fin. quæ ſolutio mihi Zaſio non vera videtur: nam & ex commodato, ex precario, ex traditione, & ex varijs figuris cauſarum accipitur, in quibus non tranſit dominium, id quod euidentia docet. Et fa. ad hanc ſolutionem l. aliud eſt capere. ff. de verborum ſignific. Sed multa occurrunt, quæ ad hanc ſolutionem collidere videntur. Nam ſit ſanè verbum accipiendi generale, per hoc non impellitur, quod ideo id genus contractus: Do, vt accipiam, emptio ſit, & non potius contractus innominatus. Deinde quia id exemplum, in tractatu do vt des, poſitum eſt, rectè et iure verbum accipiendi, ex verbis dandi regulare erit. Et tandem ſi is contractus ad emptionem coërceretur, iam eſſet do vt tradas, quod ad dictam eam ſpeciem, quæ dicitur do vt des, accommodari non poterit, cùm tradere ſit factum, atque adeò potius in ſecunda ſpecie contractuum innominatorum contineretur. Ad has difficultates Doctores tantùm abeſt vt reſponderint, vt ne aduerterint quidem. Nos ad primam obiectionem ita reſpondemus, quòd tametſi verbum accipi-

cipiendi ſit generale ad varias conuentiones, tamen coërcenda eſt ad ſpeciem contractus nobiliorem & frequentiorem, ſicuti eſt emptio: pro quo facit l. 2. in princ. in verbo contrahitur, ff. pro emptore. Ad ſecundam & tertiam obiectionem puto dici poſſe, quòd in contractu do vt des, verbum dandi, traditionem non excludat, id quod neceſſariò in primo exemplo recipiendum eſt. Et licet tradi rem, ſit factum, momentaneum tamen eſt, & verbo dandi proximum, quod diſſeparatur à contractu, Do vt facias, quod tractum habet ſucceſſiuum: & cùm quatuor ſint contractus innominati: Do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias, inq; nullo contineatur do vt tradas, niſi in primo, vnde habes quòd rem tradi factis nō connumeratur, ad limitationem, l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verborum obligat.

Pug.

36. l. Intereſſe, ff. de acquir. poſſeſſ. Cum l. Licet, §. rei. ff. depoſiti.

E*X diametro pugnat l. intereſſe, ff. de acquir. poſſeſſ. cum l. licet, §. rei. ff. depoſiti. Nam illic dicitur, ſequeſtratione non dimitti poſſeſſionem, niſi ea mente ſequeſtretur, et id ipſum apertè fuerit approbatum. At hîc diuerſum dicitur, nempe in ſequeſtratione neutrum poſſidere: id enim agi, quod neutri ius poſſeſſionis*

nis procedat. Glo. putat illam per hanc determinari, vt tunc dicatur hoc cõſtare, cùm de contrario non appareat. Doct. ſuſpenſo pede in hoc difficillimo contrario tranſeunt. Veram ſolutionem puto, quod d. l. intereſſe loquatur, quando res ſequeſtratur cauſa cuſtodiæ, nec eſt conflictus circa poſſeſſionem, id quod ex fine d. l. intereſſe liquet, quando res ſequeſtratur cauſa cuſtodiæ, nec eſt conflictus circa poſſeſſionem, id quod ex fine d. l. intereſſe ſatis cõſtat, quia tunc is qui poſſidet non perdit poſſeſſionẽ, niſi ea mente ad cuſtodiam dederint, vt dimittant poſſeſſionem: quod tamen non præſumitur, niſi apertè conſtiterit. Sed in l. licet, §. rei, circa poſſeſſionem erat conflictus, quod facilè ex ea l. colligitur: vnde non ad cuſtodiam, ſed vt neutrius poſſeſſioni præiudicaretur, facta eſt ſequeſtratio: & meritò neuter poſſidet, poſtquam vtraq; pars hoc egiſſe præſumatur.

Solutio.

Pug.

37. l. Qualem, ff. de arbitr. Cum l. Si conuenerit, ff. de re iudicata.

IN *l. qualem. ff. de arbitr. deciditur cõueniri per litigantes nõ poſſe, vt certam arbiter ferat ſententiam: at hîc in poſteriore l. cõtrarium diſponitur. Gl. Bart. & DD. variè ſoluunt, quorum ſolutiones reprobare nihil attinet, cùm pro ſuo quilibet capite hîc probet, ille reprobet. Vera ſolu-*

ra ſolutio eſt, quòd non licet conuenire vt certam in indiuiduo ſententiam vel arbiter, vel iudex ferat: tunc enim iudicium eſſet de nihilo, deficeret iudicandi cardo, quem Cicero iudicationem appellat, & hoc voluit d. l. qualem. At verò conuenire inter partes in genere ſubalterno poteſt, vt iudex non ad totam cauſam, ſed ad ea reſpiciat quæ magis ſint controuerſa. Sic ergo pnunciatio iudicis finibus quibuſdam temperatur & perputatur, non ad indiuiduum coërcetur, quo caſu ei iudicationis ſcopus relinquitur. Simile eſt in Rhetoricis, cùm partes litis cauſam partiendo ſeiunctione vtuntur, controuerſum a non controuerſo ſeparant, vt & controuerſia certis finibus concluſa clarius appareat, et iudici eò facilior ſit via iudicationis inueniendæ, vt ſic l. ſi conuenerit, ex Rhetoricis deprompta videatur.

Pug.

38.	l. Fructus, ff. de rei vend. cum concordan. in glo. allegat.	Cum	l. Et an eadem, §. qui cùm partem, ff. de excep. rei iud. cum l. ſi Titio, §. 1. ff. de vſufruct.

IN l. fructus, ff. de rei vendicat. cum concordant. in glo. ibidem allegatis, dicitur quòd fructus pendentes pars fundi eſſe videantur. E diuerſo in l. & an eadem, §. qui cùm partem, ff. de

ff. de except. rei iudic. cum l. ſi Titio, §. 1. ff. de vſufr. habetur, quòd vſusfructus non ſit portio fundi, ſed perſonæ. Hæc res non multùm eſt difficilis: fructus enim pendentes ſunt quodammodò pars fundi, vel potius vna & eadem res cum fundo l. fin. §. fructus, ff. quæ in fraud. credit. Sed vſusfructus ius eſt quod perſonæ cohæret, l. rectè, ff. de verborum ſignificat. Nam facultas fruendi fundum nec maiorem nec minorem, melioremúe, nec deteriorem facit: ſiue enim fruatur is vſufructuarius, ſiue non fruatur, fundo nihil deerit nec accedit. Et ſic mirabiliter, fructus qui leuantur, portio fundi ſunt: ius leuandi perſonam reſpicit, facultas leuandi ius perſonæ, & non fundi.

Pug.

39. l Si quis cûm ſciret, ff. p emptore. Cum Verſ. Niſi fortè, in eadem l.

IN l. ſi quis cùm ſciret ff. pro emptore, videtur l. ſeipſam ſubuertere, & in ſeſe collidi. Nam is, qui ſcit venditorem pecuniam conſumpturum, & tamen emit ab eo, vſucapit. Id quod etiam glo. ibidem tenet. Et mox velut ſimili exemplo, qui à venditore emit luxurioſo, & protinus ſcortis daturo pecuniã, is non vſucapit, cùm tamen nulla ſit differentia inter cõſumptionem in genere, & conſumptionem in ſpecie: vtrobiq; enim

enim conſumitur: cur ergo vno loco conſumit, & alio loco non dicetur conſumpſiſſe? Paulus de Caſtro putat intereſſe, an ematur ab eo quem conſtat in vſum incertum conſumere, quia tunc vſucapiet: aut qui in malum certum vſum, vt ſic non vſucapiet &c. Hoc tamen in effectu non placet, & videtur vnicus eſſe in tota lege caſus, ita, vt is qui pecuniam ob emptionem dat venditori conſumpturo, nihilominus vſucapiat, id quod Iureconſultus duplici ratione probat: tum quia bona fides eum contractum defendit, tum quod vitatur abſurdum. Nam ſi conſumpturo venditori emptor pecuniā dando non vſucaperet, ſequeretur quod etiam emptor ad rei emptæ vſucapionem non admitteretur, ſi luxurioſo vel in ſcorta conſumpturo pecuniā daret, quod Iureconſultus putat eſſe abſurdum, per rationem in textu inſertam, ibi. Quomodo enim mala fide &c. Denique quid refert ſiue in malum vſum incertum, ſiue certum conſumat venditor, emptore id ſciente? vtrobique enim malus vſus eſt. Dum factum malum eſt, non admittetur differentia, ſiue ſit certum, ſiue incertum malum factum: & poſſet fortaſſe incerta cōſumptio in malū vſum peior eſſe, quàm conſumptio in ſcorta, id quod ad ſenſum cognoſcitur. Cùm igitur ad contractum emptionis ſuſtinendum, ſufficiat conſenſus, merx & pretium

V cum

cum bona fide, iſta extrinſeca & impertinentia quæ circumſtant, contractum eiuſq; effectum nō inficiunt, quod ex textu d.l. ſi quis, in d. verſ. quomodo enim mala fide &c. ſubtiliter penſitato facile colligitur. Sic enim in dicto contractu emptionis æſtimatio conſideratur quæ circa rem eſt, non quæ in circumſtantijs extrinſecis verſatur l. ſi ſterilis, §. cùm per venditorem. ff. de act. empti. Et quod conſumere vel alias perdere pecuniam æquiualeat, text. eſt in l. quod ſi minor, §. pen. ff. de minoribus, vbi etiam euidenter cauetur, quod contractus emptionis non inficitur. ſed pretiū ex neceſſitate ſoluendum eſt, etiamſi emptor ſciens, venditori perdituro pecuniam daret, eo ſaluo, quod minori reſtitutio competeret: minori autem natu ius in nihilo ſubueniret. Pecuniam itaque in ſcorta conſumere vel alias perdere, non differt. Et pro mea aſſertione facit text. in l. 3. §. nec non. ff. de in rem verſo. Porrò ſi dilapidare, perdere pecuniam non datur vitio ei qui re ſua ſe abuti putat, l. ſed etſi lege, §. conſuluit, ff. de petit. hæreditat. niſi forte ei bonis interdictum eſſet, vt habet communis opinio in l. is cui, ff. de verborum obliga. Cur ergo in dicto caſu l. ſi quis cùm ſciret, in fin. vſucapio in recto contractu venditionis impediretur? Ordo igitur ſenſus l. ſi quis cùm ſciret, ita habet, quod non ſit in mala fide qui à domino etiam conſumpturo

pturo pecuniam, emit: quomodo enim mala fide emiſſe videtur, qui à domino emit? quæ ratio in vtroque reſponſo pariter locum habet, nec vlla iuſta poterit differentia diſparitatis introduci, vt ſuprà dictum eſt.

Pug.

40. l. Scire debemus, 3. reſpon. ff. de ver. ob. Cum l. Pluribus, ff. eodem titu.

IN *l. ſcire debemus, 3. reſponſo, ff. de verborum obligat. dicitur, quòd quamuis ſi plures res vna ſtipulatione promittantur, vna conficitur ſtipulatio. Sed obijcitur vrgentiſſimè l. pluribus, eodem tit. vbi pluribus propoſitis, ſi poſtea ſubdatur ſtipulatio ſub ſigno vniuerſali, non erit vna, ſed plures ſtipulationes, vt ſit harum legum expedita ſolutio, refert vt ſingulæ res exprimantur & proponantur à principio, & poſtea ſubdatur clauſula relatoria ſub ſigno vniuerſali, tunc enim erunt multæ ſtipulationes, quia ſignum vniuerſale non comprehendit ſeu concludit in ſe multa, ſed cauſa declarationis ad multa refertur: vt lancem, calicem, equum, fundum, omnia hæc ſupra ſcripta ꝑmittis. Ceterùm ſi à principio ſub ſigno vniuerſali multa comprehenduntur, quæ priùs non ſunt enumerata, tunc erit vna ſtipulatio propter vniuerſalitatem, quæ multa ſub vno comprehendit. Hoc*

 caſu

caſu procedit d. l. ſcire debemus: caſu priore d. l. pluribus. Et pro iſta ſolutione facit text. in l. quod dicitur eod. tit. de verborum obligat. Sic è diuerſo ſi promittuntur vel legantur aliqua res in genere, & poſtea enumerantur ſpecies cauſa declarationis, per hoc nō conficiuntur plures res particulares, ſed erit genus legatum vel promiſſum argumento l. quaeſitum, §. fi. ff. de fund. inſtr. quam tamen rem latius ibi tractat Bart. poſt glo.

Pug.

41. L. 1. §. hoc interdictū, ff. de tab. exhib.	Cum l. fina. ff. eodem titu.

I*N l. 1. §. hoc interdictum, ff. de tabul. exhib. dicitur, interdictum locum habere, etiamſi falſum eſſe dicatur teſtamentum. Cuius oppoſitum ex profeſſo in l. fin. eod. tit. traditur. Nempe ſi ad publicam quaeſtionem pertineret tabulas non exhiberi. Per publicam autem quaeſtionem intelligi neceſſe eſt falſi crimen, quod certè publici iudicij eſſe nemo ignorat. Glo. vtrobiq; variè ſoluit, & nihil reſoluit, niſi eo loci quo dicit, in caſu l. fi. criminaliter agi, alibi ciuiliter: Quae ſolutio benè declarata vera eſt, licet Barto. eam non recitet. Vnde dicendum videtur, quod in §. hoc interdictum principaliter ad hoc agebatur, vt tabulae exhiberētur, & ſic principaliter fuerat actio ex interdicto propoſita. Porrò è contrario*

trario opponebatur non eſſe exhibendas, quia falſæ eſſent, in quo certè aduerſarius non auditur, qui cogitur exhibere ſine vlla exceptione. At in l. fina. principaliter vertebatur quæſtio falſi contra Notarium vel ſcribentem, qui criminabatur falſum ſcripſiſſe vel ſibi adſcripſiſſe, vel alio caſu in pœnam legis Corneliæ teſtamentariæ incidiſſe: is reus tabulas exhiberi petijt, ſed non auditur, tum quia falſi crimen fortaſſe contegere credebatur, tum vel maximè quia tabulæ teſtamenti non exhibentur, niſi eis qui aliquod commodum ex teſtamento habere putantur, d. l. 1. §. ſolent. At is reus nihil commodi ex teſtamento habere prætendebat. Et hanc ſolutionem puto veram.

Pug.

41.	l. Si quis miſſus, in prin. ff. ne vis fiat ei.	Cum l. 1. §. ſi neceſſariò, ff. ſi mul. vent. no. &c.

D*Icitur in l. ſi quis miſſus fuerit, in princ. ff. ne vis fiat ei &c. quòd is qui prohibuit miſſionem in poſſeſſionem vel expulit, et interdicto ne vis fiat, tenetur, & extra ordinem manu militari coërcetur, vel prætoria poteſtate, eiuſdem decreta exequi, compellitur. Cuius diuerſum docetur in l. 1. §. ſi neceſſariò, ff. ſi mulier ventr. nom. vbi ſi mulier ſit in poſſeſſionem miſſa, quæ poſſeſſionem in alium trãſtulerit. Iſte alius tenebitur interdicto, at manu militari non*

vrgebitur &c. Glo. in vtriſque iuribus variè ſoluit: nonnulli tamen putant diuerſos vtrobique eſſe caſus. Nam in l.ſi quis miſſu, prohibitio vel expulſio interceſſit: at in §. neceſſariò, nihil illorum, quia mulier, quo minus in poſſeſſionē mitteretur, nemo prohibuit. Porrò is cui a muliere tradita eſt poſſeſſio, nullam vim fecit: cur ergo manu militari teneretur, qui nec ex contumacia, nec ex rebellione intrauit? Contra eum ergo ordinarium interdictum ſufficit.

Pug.

43. l. 1. ff. ſoluto matrimonio. Cum l. Cùm dos, in fi. ff. de pact. dot.

PVgnare euidenter inter ſe videntur l. 2. ad finem principij, ff. ſolu. matrimon. & l. cùm dos, in fin. ff. de pact. dot. Doct. poſt glo. in vtriſq; ll. alias atque alias dederunt ſolutiones, quarum melior pars diuinat, cætera nihil reſoluunt. Vera igitur atque genuina interpretatio non eſt adeò difficilis, ſi extra fines textuum non vagemur: nam in l. 2. fuit iuſſus mulieris, at in l. contraria, pactum conuentum. In primo caſu per eum iuſſum non fuit læſa actio mulieris, ſi eam exercere in vita patris potuiſſet. Sed in l. contraria actio filiæ pacto fuit læſa, ſi eam in vita patris exercuiſſe potuiſſet. Accedat quod in d. l. 2. iuſſus mulieris reſpexit tantummodò perſonam

ſonam mariti, qui delegabatur, doti non nocuit: vnde mirum non eſt, ſi pater adiuncta filiæ perſona, agat. In l. verò contraria, pactum fuit in ipſam dotem conuentum: quapropter licet patri ſolo agenti non noceret, ſi tamen filiam paciſcentem adiungat, nocet. Et hæc videtur vera ſolutio, quia ex vtriſque textibus eſt collecta.

1. l. Si filiusfami. ff. de indic.	*1. l. Si iudex vlti. ff. de var. & extr. cog.*	
2. l. Inter, §. cùm inter, ff. ſoluto mat.	*2. l. Si cùm dotem, ff. ſoluto matr.*	
3. l, Soluto, 2. §. pen. ff. ſolut. matr.	*3. l. Cùm dos, in fin. ff. de pact. dot.*	
4. l. Si de poſſeſſione, §. neceſſaria, ff. ſi mul. ventr. nom.	*4. l. Si quis miſſus, ff. ne vis fiat &c.*	
5. l. In fraudem. ff. qui & à quibus.	*5. l. Si quis cum, ff. quæ in fraud. credit.*	
6. l. Si p patre, §. verſum, ff. de in rem verſo.	*6. l. prima, §. prodeſt, et §. quod ait Prætor, ff. de in rem verſo.*	
7. l. prima, §. vltim. et l. 2. ff. nautæ, caup. ſtabul.	*7. l. prima, §. vltim. ff. furti aduerſ. cau.*	Vide Cuiac. ad titu. de inſtitor. act.
8. l. 7. ff. de tutel.	*8. l. 21. ff. de admin. & peric. tut.*	

	9. l.46.ff.de neg.geſt.	9. l. Si filius, 7.ff. de tutel.
	10. l.6.§.pater,ff. de Decurionibus.	10.l.2.C.de filijsfamil. & quemad. pater lib.10.
	11. l.33.34.35.ff. locati.	11.l.9.ff.eod.tit.
	12. l. Viam veritatis, C. de locato.	12. l. Si domina, C. de vſufru.
	13. l. 8.ff.de iuriſdict.	13.l.prima,§.ſi plures, ff. de eo per quem fact. & l.3.ff. de his qui deiecer.
	14. l. Illud,ff. ad leg. Aquil.	14.l.9.ff. de iuriſdict. l.ſi plures,ff. de iniurijs.
	15. l. Dominium,ff. quod iuſſu.	15. l. Si permittente, C. ad SC.Maced. & l.7.C.eod.tit.
Vide Cuiac. lib.3.Obſer. cap. 20.	16. l. Quia autem,§. penult.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſt.	16. l.Si filius,ff. eod.
Vide Cuiac. lib.4.Obſ. cap.22.	17. l. Si quis officium, ff.de ritu nupt.	17. l.1. C.ſi rect.prou.
Vide Alcia. lib.5.Parad. cap.15.	18. l.fina.ff. de ſuc. edicto.	18. l.1.ſed ſi,ff.ad Tertyll.
Vide Alcia. li.5.Par.c.6.	19. l.Cum mota, C.de tranſact.	19. l.Si iuſtitia,in pr. ff.de inoff.teſt.

20.l.In-

20. l. Inter liberas.ff. de adult. & ſtup.	*20. l. Sollicitatores, 1. ff. de extraor. crimin.*	Alciat. lib. 5. Para. cap. 10.
21. l. In venditionib. 9. ff. de empt. & vendit.	*21. l. Quid tamen, 9. eod. tit.*	Vide Vveſenbec. ad tit. de empt. & vendit. in Paratit.

DIFFERENTIA IV-*RIS VTRIVSQVE CIVI-*LIS ET CANONICI.

De appellationibus.

Pug.

l. Ante ſententiæ, C. quorum app̄. non recip.	Cum	c. ſuper, ext. de appellat.	1.

PRima differentia de appellatione, appellari namque ab interlocutoria ſententia non poteſt, l. ante ſententiæ, C. quorum appellationes non recip. vbi dicitur, quòd ante ſententiæ ſcilicet definitiuæ ſecund. glo. appellare non licet. Ergo ab interlocutoria, quæ inter principium & finem cauſæ fertur, & ſic ante ſententiæ definitiuæ prolationem appellari non poterit. De iure tamen Canonico ab omni grauamine licet appellare quandocunque, nam in c. ſuper extr. de appellat. Sacri canones antè & pòſt, ſingulis facultatem tribuunt appellandi.

Leges autem ſeculares appellationem, (niſi in caſibus) ante ſententiam non admittunt. Ex iſto cap. manifeſtiſſimè conſtat appellari etiam ante ſententiam: quo caſu debet appellans cauſam rationabilem exprimere coram iudice, à quo appellat, c. vt debitus, ext. eo. tit. Secundum verò leges ciuiles, nō niſi in quibuſdam caſibus.

De vſuris.

2. *Pug.*

l.1.C.de vſur. Cum Can.quoniā, 47.diſt. c.1. & 2. ext.de vſur. & c.1.eo.tit.li.6.

IVre ciuili vſuræ ſunt permiſſæ, tam iure Codicis, quàm Digeſtorum, vt patet ex tit. Cod. & Pandectarum, de vſur. & præſertim ex l.1. C. d. titu. vbi Imper. ait, vſuras, ſi ſtipulatione premiſſæ ſunt, optimo iure deberi. Iure tamen Diuino & etiam Canonico, ſunt reprobatæ, vt Leuitici 15. & Luc.6. Mutuum date, nihil inde ſperantes, & Can.quoniam multi, 47.diſtin. c.1. & 2. & c. quia ex omnibus, cum ſeq. ext. de vſur.

De matrimonijs.

3. *Pug.*

§.1.Inſtitut. de nupt. Cum c.Sufficiat, 27.q.2.cum ſimilib.

IVre ciuili in nuptijs celebrandis requiritur conſenſus tam parentis quàm filij filiæue famil.

mil. §.*1. Inſtit. de nupt. De iure autem Canonico ſolus conſenſus matrimonium contrahentibus ſufficit, c. ſufficiat 27. q. 2. & Can. hoc ſanctum 32. q. 2. Adde c. cum cauſa, extr. de raptoribus. Vide quoque glo. in l. Paulus, ff. de ſtatu hom.*

Pug.

L.1. C. de ſecund. nupt.	Cum	c. pen. & fin extr. de ſec. nupt.

P*Ari modo in ſecundis nuptijs ius Ciuile et Canonicum differunt: nam iure ciuili mulier, mortuo marito, nubẽs infra annum, luctus fit infamis, & punitur pœnis in iure expreſſis, l. 1. C. de ſecundis nuptijs. Sed iure Canonico mulier nubens infra annum lugubrem, infamiam non incurrit, c. pen. & c. fin. ext. de ſec. nupt.*

De concubinatu.

Pug.

l. In concubinatu, in fi. ff. de concubin.	Cum	Can. nemo, 32. q. 4.

I*Vre Ciuili permiſſus eſt concubinatus, l. in concubinatu, in fin. ff. de concubin. Iure vero Diuino & Canonico prohibetur, quia omnis fornicatio iure Diuino prohibetur, teſte Apoſtolo Paulo ad Galat. cap. 5. dum ait: Manifeſta ſunt opera carnis, fornicatio, immunditia, impu-*

impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, venefi-cia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, & his ſimilia, talia qui faciunt, regnũ Dei non poſſidebunt. Secundum verò Canonicas ſcripturas, patet ex Can. nemo 32. q. 4. Neminẽ ſibi blandiri debere de legibus hominum: nam quicquid (vt poſtea ſubijcit) in ea, quæ nõ ſit legitima vxor committitur, adulterij crimine damnatur.

De liberis illegitimis.

Pug.

5. Auth. ex complexu, C. de inceſt. nup.	Cum	c. Cùm haberet, de eo qui duxit in matrim. quam. poll. ext.

Ciuiles leges non ſolùm repellunt filios illegitimos à ſucceſſione paterna, ſed etiam ipſis negant alimenta. Auth. ex complexu, C. de inceſt. nupt. vbi ex complexu nefario, aut inceſto, ſeu damnato, liberi nati, omni paternæ ſubſtantiæ beneficio indigni ſunt. Sed de æquitate Canonica alendi ſunt, c. cùm haberet, extr. de eo qui dux. in matrim. Et hæc æquitas vigorem ſumit à iure naturali: nam educatio filiorum de iure naturali eſt, & ex inſtinctu naturæ procedit, §. 1. Inſtit. de iure nat. gent. & ciuili, vnde ius iſtud præfertur ciuili, §. ſed naturalia Inſtitut. de iure nat. quamuis filij non ſuccedunt in bonis patris, vt in præallegato C. gl. dicit.

De vſu-

De vſucap. & præſcript.

Pug.

l. Vnica, C. de vſucap. transfor. Cum c. fina. extr. de præſcript. 6.

IVre Ciuili in vſucapione ſiue præſcriptione decem vel viginti annorum ſufficit ab initio bona fides, licet poſtea mala fides ſuperuenerit, vt eſt text. in l. vnica, C. de vſucap. transfor. Sed iure Canonico debet eſſe continua bona fides, vt in c. fin. extr. de præſcript.

l. Si quis emptionis, §. quòd ſi quis, C. de præſcr. trigint. annor. Et c. vigilanti, ext. de præſcript.

ALio caſu in præſcriptione contrarietas eſt inter ius Ciuile atque Pontificium: nam ſecundum ius Ciuile poſſeſſor malæfidei & iniuſtus præſcribit ſpatio triginta, vel quadraginta annorum, & verum dominum exceptione triginta vel quadraginta annorum repellit, qua ſibi ius rem retinēdi quæritur, l. ſi quis emptionis, §. quòd ſi quis, C. de præſcript. trig. annorum. Secundum ius Canonicum nulla antiqua dierum poſſeſſio iuuat malæfidei poſſeſſorē. Quapropter Romanus Pontifex vigore legis de triennali vel quadragenali præſcriptione ſuſtulit, vt in c. vigilanti, extr. de præſcript. Hinc illa iuris Canonici regula: Malæfidei poſſeſſor nullo

nullo tempore præſcribit, c. malæ fidei, de regulis iur. in 6. In his itaque duobus caſibus præſcriptionis ſtandum eſt potiùs iuri Canonico leges corrigenti.

De teſtibus teſtamento adhibitis.

Pug.

7. l fin. C. de fideicom. & §. ſed cùm paulatim, Inſti. de ord. teſt. Et c. Cum eſſes, & c. relatum, extr. de teſtament.

IVre Ciuili regulariter in teſtamentis ſeptem teſtes requiruntur, §. ſed cùm paulatim, Inſtitut. de ord. teſtam. Ius autem Pontificium decreuit valere teſtamentum, quod Parochianus facit coram Presbytero parochiali & duobus teſtibus, vt in c. cùm eſſes, & c. relatum, ext. de teſtament.

De legitima detractione, quæ hodie eſt tertia.

8. *Pug.*

Auth. nouiſsimo iure, C. de inoffic. teſtam. Et c. Raynutius, & c. Raynald. ext. de teſtam.

IN detractione duarum quartarum, eo caſu, quo filius eſt à patre rogatus de reſtituenda hæreditate: ſecundum ius Ciuile videtur tantùm vnam quartam poſſe detrahere filium, nempe legitimam, quæ eſt hodie tertia Trebel-

liaca

liaca Auth. nouiſſimo iure C. de inoffic. teſtam. l. iubemus, C. ad Senatuſconſultum Trebellia. Secundum verò ius Canonicum retinere poteſt duas quartas filius, de reſtituendo grauatus: primùm quidem legitimam (quæ nunc eſt tertia) iure naturæ debitam detrahet. Ratio eſt, quia in ea grauari nequiuit: omne enim onus et grauamen de legitima ſubducitur, l. quoniam, C. de inoffic. teſtamen. vnde fideicommiſſum in illa legitima non tenet ipſo iure, & ideo in alio videtur rogatus: & de eo, in quo eſt rogatus, debet quartam deducere: Præterea & quartam Trebellianam detrahere poteſt filius, cùm etiam quilibet reſtitutione grauatus eam deducere potuiſſet. Hæc omnia probantur in c. Raynutius, & c. Raynaldus, extr. de teſtament. Sed verius & æquius concludendum & diſtinguendum videtur ex gl. in l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoffic. teſtament. hoc pacto: Cùm quæritur, an filius poſſit detrahere duas quartas, diſtinguendum eſt: Aut enim rogatus eſt purè & ſimpliciter reſtituere hæreditatem, & eo caſu vnam quartam tãtùm debet habere, quia quod ſtatim capit per Trebellianam, imputatur in legitimam, quam debet habere iure naturæ: cùm inſtitutus hæres ſit, & eam habeat iure inſtitutionis, ſed de æquitate quatenus plus eſt in legitima, quæ iure naturæ debetur, conſe-

que-

quetur, argum. l. 1. ff. de vi bonorum raptorum. Aut verò rogatus eſt in diem, vel ſub conditione, vt ſi rogatus ſit de reſtituendo, ſi decedat ſine liberis, & tũc ex æquitate Canonica, vtramque quartam habebit: ſtatim quidem legitimam quartam, vel hodie trientem, quaſi æs alienum deducet, l. Papinianus, §. ſi quis impubes, ff. de inoffic. teſtament.

De petitione legitimę partis in vita patris.

9. *Pug.*

Auth. ſi qua mulier, in fin. C. de ſacroſanct. eccl. Et c. cùm ſcimus, ext. de regularibus.

NOna contrarietas eſt in petitione legitimæ partis iure naturæ debitæ, in vita patris, eo monaſterium ingrediente: lex enim Ciuilis in eo caſu ſtatuiſſe videtur, filium legitimam partem ſibi debitam petere non poſſe, niſi pater moriatur, Authent. ſi qua mulier, in fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. & gl. ibid. in verbo moriatur. Iure autem Canonico in hac ſpecie filium videtur petere poſſe legitimam à monaſterio, in vita patris, monaſterium ingredientis, c. cùm ſcimus, ext. de regularibus. Sed dicendum eſt in iure noſtro duplicem eſſe ſucceſſionem,

nem, quadam vera, puta, quando quis naturaliter moritur, altera ficta, quando quis habetur pro mortuo, vt Monachus, textus igitur in d. Authent. intelligitur de ficta ſucceſſione, & ita parum aut nihil obſtabit, d. c. cũm ſcimus.

De pactis.

Pug. 10.

l. Pactum, quod bona fide, C. de pact. Et c. pactum, de verborum ſig.

PActum nudum iure Ciuili ſcripturã non exigit ad ſui validitatem, l. pactum quod bona fide, C. de pact. ſi modò alijs probationibus vel confeſſionibus partium res geſta probetur. Sed iure Canonico pactum dicitur, inter partes conueniens ſcriptura, legibus ac moribus comprobata, c. pactum, de verborum ſignificat. Ergo ad eſſentiam pacti iſto iure requiritur ſcriptura.

l. Iuris gentium, §. ſed cùm nulla, §. quinimò. Et c. 1 extr. de pact.

IVre Ciuili pactum nudum actionem non parit, l. iuris gentium, ff. de pact. Iure verò Canonico ex nudo pacto oritur actio, vt in c. 1. ext. de pact.

X l. Pa-

l.Pactum dotali, C. de collat. Et c.pactum,de pact.lib.6.

PActum dotali inſtrumento comprehenſum, quod filia dote contenta nullum ad bona paterna regreſſum habebit, auctoritate iuris ciuilis improbatur: nec prohibetur ſuccedere patri ea ratione, l.pactum dotali, C.de collat. Sed iure Canonico pactum huiuſmodi cum iuramento tenet, c.pactum, de pact. lib.6.

De alienatione rerum dotalium.

1\. *Pug.*

Auth.Siue à me, C.ad Senatuſconſultum Vellei. Et c.cùm contingat, extr. de iureiur. & c. licet mulier, eod. titu.

ALienatio rerum dotalium prohibita eſt, & in hac conſenſus mulieris nihil proficit, Authent.ſiue a me, C. ad Senatuſconſultum Velleianum: Maritus enim, etiam conſentiente muliere, nihil poteſt obligare vel alienare res dotales, l.vnica, §. & cùm lex Iulia, C.de rei vxor.act. Sed licet iuxta legitimas ſanctiones mulierum conſenſus in alienatione ſuper rebus dotalibus non ſit obligatorius: ſi tamen alienationi cõſenſerint proprio iuramento, firmantes ſeruare iuramentum huiuſmodi, nec vi, nec dolo

dolo præſtitum: de iure Canonico tenentur mulieres ſeruare ipſum iuramentum, cùm in alterius præiudiciũ nõ redundet, nec in diſpendium æternæ ſalutis vergat, c. cùm contingat, extr. de iureiurand.

De reſcriptis. 12.

Pug.

l. Vniuerſa, C. de diuerſ. reſcript. Et c. 2. extr. de reſcript.

S*Ecundum leges Ciuiles vniuerſa reſcripta, ſub ea conditione proferri debent: Si preces veritate nitantur, adeò, quòd non valent, niſi apponatur eadem clauſula, l. vniuerſa, C. de diuerſ. reſcript. Sed ſecundum Canones valet reſcriptum, etiamſi hæc verba non apponantur, quia tacitè intelliguntur, vt extr. de reſcrip. c. 2. verſ. verum.*

De cauſis meri imperij. 13.

Pug.

l. 1. ff. de offic. eius, cui mandata eſt iurisdict. Et c. quod idem, in fin. extr. de off. iud. ord.

S*Ecundum ius Ciuile, cauſæ meri vel mixti imperij alijs delegari non poſſunt, niſi in caſu abſentiæ, l. 1. & ibi DD. ff. de offic. eius, cui mandata eſt iurſdict. Sed ſecundum Canones ea quæ ſunt meri imperij, poſſunt delegari, vt eſt glo. in iure Canonico communiter appro-*

bata in c. quod ſedem, in verbo committere, in fin. extr. de offic. iud. ordin.

Filiofamil. an competat actio citra conſenſum patris.

Pug.

14. l. Cùm non ſolùm, §. 1. C. de bonis quæ lib. Et c. fin. de iudic. lib. 6.

F*iliusfamil. licet agere vel defendere cauſam in iudicio non poſſit ſine conſenſu patris, ſub cuius eſt poteſtate, l. cùm non ſolùm, ult. §. 1. C. de bon. qua liber. Iure tamen Canonico in cauſis beneficialibus, vel alijs ſpiritualibus, nec non et dependentibus ab eiſdem, cùm de his ſe intromittere non debeat pater: filiusfami. poteſt agere in iudicio ſine patris conſenſu, c. fina. de iudic. in 6.*

De iudicio inter patrem & filiumfamil.

Pug.

15. l. Lis nulla, ff. de iudic. Et Can. Cùm quæritur, 2. q. 7.

S*Ecundum ius Ciuile inter patrem & filiumfamil. iudicium non poteſt conſiſtere, l. lis nulla, ff. de indic. Sed lex iſta non procedit de iu-*

de iure Canonico, quo inter patrem & filium in poteſtate conſtitutum, poteſt eſſe iudicium, Can. quaritur, & ibi.glo.2.q.7.

De delegato à principe in executione ſententiæ.

Pug.

l.à iudice, in fin. C. de iudic. l. à Diuo Pio, ff. de re iudic. Et c.quærenti, extr. de offic.& poteſtate iudic.deleg. *16.*

IVre Ciuili, delegatus à principe, licet delegare alijs cauſam poſſit, l. à iudice, in fin. C. de iudic. in quo differt à delegato, à iudice, qui delegare non poteſt: ſententiam tamen ſuam executioni demandare non poteſt, ſed iudex ordinarius exequetur eam l. à Diuo Pio, ff. de re iudic. Sed iure Canonico delegatus à Papa poteſt exequi ſententiam ſuam vſq; ad integrum annum, c. quarenti, extr. de offic. & poteſt. iudic. delegati.

Hactenus de contrarietatibus cauſarum ciuilium: operaprecium erit quoq; videre in cauſis criminalibus, in quibus differat ius Canonicum à iure Ciuili.

Carcer ad continendos, non ad puniendos homines, inuentus.

17. *Pug.*

l.Aut damnum.§.ſolent,ff.de pœnis. Et c.quamuis,de pœnis lib.6.

QVia lege Ciuili carcer ad continendos, non ad puniendos homines dari debet. Præſidibus prouinciarum prohibetur damnare in carcere continendos, vt in vinculis perpetuis detineantur, l. aut damnum, §. ſolent, ff. de pœnis. Sed de iure Canonico poteſt quis puniri pœna carceris perpetuo, c. quamuis, de pœnis lib.6.

De crimine raptus.

18. *Pug.*

l.Vnica,§. & ſiquidem, C. de rapt.virg. Et c.fi. ext. de raptoribus.

SEcundum leges non poteſt contrahere matrimonium raptor cum rapta puella, l.vnica,§. & ſi quidem, C. de raptoribus virgin. Hodie tamen de iure Canonico ſecus obſeruatur, quia rapta poteſt matrimonium contrahere cum raptore, vbi datur facultas in contrahendo, c.fin.extr.de raptoribus.

De ſtupro.

19. *Pug.*

§.Item lex Iulia, Inſtitut.de public. iudic. Et c.2. de adulterijs & ſtupro.

ALiter punitur ſtuprum lege Ciuili, aliter iure Canonico: nam ſecundum leges, ſtuprator

prator ſi honeſtus ſit, relegatur, & pars bonorũ eius publicatur: ſi vilis coërcebitur corpore, id eſt, verberabitur & relegabitur, §. item lex Iulia, Inſtitut. de public. iudic. Iure verò diuino alia pœna eſt, vt Exodi 22. cap. in quo continentur ſequentia verba, quæ etiam referuntur in c. 1. extr. de adulterijs & ſtup. Si quis ſeduxerit virginem nondum deſponſatam, dormieritq́ cum ea, dotabit eam, & habebit vxorem. Si verò pater mulieris dare noluerit, reddet pecuniam, iuxta modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt. Quam legem diuinam ſecuti ſunt Canoniſtæ in C. 2. de adulter. hoc addito, quòd ſi noluerit, ſtuprans matrimonium contrahere cum ea virgine, vltra dotem, quam dare tenetur, corporaliter caſtigabitur.

De criminibus maioribus.

Pug. 20.

Titul. Inſtitut. de publicis iudic. Et Can. hoc ipſum, 33. q. 2.

Iure Ciuili pœna capitalis in maioribus criminibus imponitur, vt in crimine homicidij, parricidij, peculatus, raptus virginis, adulterij, & ſimilibus, Inſtitu. de publicis iudicijs, per tot. Sed iure Canonico nõ pœna ſanguinis ſiue mortis irrogatur in maioribus criminibus ſed pœnitentia ſeptem annorũ, vt in c. hoc ipſum, 33. q. 2.

QVINQVAGINTA IVSTI-NIANI DECISIONES, ET QVIBVS temporibus legiſlatio Iuſtinianea e-miſſa ſit: an ſint in ea leges adhuc con trariæ, quas ἀντινομίας Iuſtinianus ap-pellat, Eguinario Barone Iure-conſulto auctore.

a l.1.C. de nouo, C.l.2. C. de conf. Cod.

b l.3.C.de vet.iure enucl.

c l.1. de e-mend. Cod.

d l.pen.& fin. C. de leg. hær.

Codicem vnum Conſtitutionum (quem per excellentiam Codicem nunc appel-lant) Iuſtinianus indictione ſeptima ſui in p:rij edidit a. *Quinto poſt anno, nimirum indictio-ne duodecima, Inſtitutiones ſuas, & Pandectas tribus annis compoſitas, euulgauit.* b *Niſi tria volumina potius annis tribus in ordinem confe-cta putes, non tamen continuis: id quod ex ſub-ſcriptionibus harum epiſtolarum conſtat. Et quoniam ad emendandum ius vetus, quinqua-ginta deciſiones, et alias conſtitutiones non pau-cas, iiſdem temporibus emiſerat, quibus Digeſta perſcripſit, hæ extra Codicem ſupraſcriptum aſſeruatæ adhuc, ſequenti anno eidem adiectæ ſunt, nimirum Indictione decimatertia imperij eiuſdem, anno à Christo 5.36.* c *earum Conſti-tutionum argumentum in diuerſos Inſtitutio-num locos coniecit:* d *vt nihil ſit, cur miremur ſi Inſtitutiones interdum, & ſuprà ſcripta con-ſtitu-*

ſtitutiones nouo Codici inſertæ, conſultorum ſcriptis in Digeſta relatis, & prioribus Codicis reſcriptis poſteriora aliquid derogent, e certè controuerſias veterum, quæ vel in Pandectis attinguntur, vel a Triboniano reiectæ ſunt, decidant f. *Quinquaginta verò Iuſtiniani Deciſiones, ab alijs conſtitutionibus per eum Codici adiectis, hoc iudicio ſecernes: quòd veterum controuerſias de aliquo iuris articulo memorent, atque eos mox decidant.* g *Ex his vigintiquinque adhuc ſuum nomen in Codice retinent.*

e l.pen.ff de aff.l.fina C. cod.l.2.& fi. C.de temp. app

f l.pen. C. de adopt. l. cùm oportet, C. de bo. quæ liber. l. qui in aliena, ff. de acquir. hær.

g l. fin. C. com. de legat. l. vlt. de neg. geſt.

De negoc. geſt.	*l. vlt.*
De vſufruct.	*ll. vlt. & pen.*
Ad SC. Velleian.	*l. pen.*
De contrah. empt.	*l. vltim.*
De cond. indeb.	*l. vlt.*
De nupt.	*ll. ſi fur, & antepen.*
De curat. fur.	*l. pen.*
De furt.	*l. vlt.*
De neceſſ. ſer.	*ll. antepen. & vlt.*
De poſthum.	*ll. pen. & vlt.*
De iure delib.	*ll. antepen. & pen.*
De legat.	*l. cùm quæſtio.*
De fideicom. lib.	*l. cùm inter.*
De comm. ſer. ma.	*l. 1.*
Ad SC. Orfic.	*l. vlt.*
De prætor. pig.	*l. 1.*

X 5 De con-

De contrah. ſtip.	l. veteris.

Aliæ viginti quinque Deciſiones, vel permutatæ, vel emendatæ ita fuerunt ante ſecundam Codicis editionem, vt ſub generali conſtitutionum, vel ſanctionum titulo, ei inſertæ ſint. Eas probabiliter ſubijciam:

Qui & aduerſ. q.	l. vltim.
De petit. hæred.	l. vlt.
De ſeruitut.	l. vlt.
De dot. promiſſ.	l. vlt.
De author. præſt.	l. vlt.
De impub. ſub.	ll. pen. & vlt.
De verborum ſig.	l. penulti.
De fideicom.	l. pen.
Comm. de legat.	l. vlt.
De cond. inſer.	l. vlti.
Ad SC. Trebell.	l. pen.
Ad legem Falcid.	l. vlt.
De teſta. ma.	l. vlti.
De fideicom. lib.	l. pen.
De noui oper. nunc.	l. 1.
De comm. ſer. man.	l. 2.
De præſcr. long. temp.	l. vlti.
De eo qui inter.	l. 1.
Qui bon. Cod.	l. vlti.
De bon. auth. iud. poſſ.	l. vlt.
De contrh. ſtip.	l. optimam.

De re-

De remiſſ. pig. *l. vltim.*
De adopt. *l. penultim.*
De donat. cau. mort. *l. vltim.*

Nec te moueat, quòd quædam ex ſuprà enumeratis Conſtitutionibus ſine die, & Coſ. extent, quando ad Iulianum, vel Ioannem ll. reſcriptiones eiuſmodi datas fuiſſe conſtet, & hos Lampadio & Oreſte Coſſ. vel poſtea, præfecturam prætorianam geſſiſſe. [a] *Scio & alias paucas ex Nouellis Iuſtiniani Conſtitutionibus, poſt prioris Codicis confectionem (vt ipſe ait) perlatis, formam deciſionum præ ſe ferre, & controuerſum antea ius decidere, quales ſunt quæ ſequuntur:*

a l. nemini, & l. ſeq. C. de epiſc. au. l. cùm quæſtio, & ſeq. de legat.

De rebus credit. *l. vltim.*
Pro ſocio *l. pen. & vlti.*
De pact. inter empt. *l. vlt.*
De natur. liber. *l. vltim.*

Sed nihil refert, modò id intelligamus, omnes conſtitutiones Lampadio & Oreſte Coſſ. vel deinde poſt editas, & renouato Codici inſertas, compoſito antè iuri derogare, ſi quando repugnent, atque oleum eos prodigere & operam, qui aliter conciliare laborant. Quin & Conſtitutiones Decij V. cl. conſulatu editæ poſt confirmatum priorem Codicem, eum cum Pandectis reformant: [b] *cuiuſmodi ſunt quæ poſt menſem Maium euulgatæ fuerunt, quo Codex editus eſt,*

b l. fin. C. de aſſeſſ. l. cùm oportet, C. de bon. quæ liber.

a l. 1. C. de confir. Cod.

tus eſt: a *quæ omnia non in Commentarijs, ſed in ſcriptionibus, ſubſcriptionibusq́ conſtitutionum, occulatius obſeruabit iuuentus. Porrò conſtitutiones quæ poſt menſem ſuprà dictum editæ ſunt, non omnes Iuſtiniano deciſiones appellantur,* b *ſed eæ duntaxat, quæ ad decidendum veterum controuerſias latæ ſunt. Reliquæ conſtitutiones generali nomine appellatæ ſunt, ſiue ſponte ſua Princeps eas ſupplendi iuris gratia emiſerit, ſiue relatio Magiſtratuum, preces litigatorum, aut fori diſputatio cauſam conſtitutioni dederit, quales ſunt ſuprà ſcriptæ quinque Conſtitutiones, & quas ſubijcio:*

b l. 1. C. de confir. Cod.

In quib. cauſ. in integ.	*l. vltim.*
De inoffic. teſtamen.	*l. vlt.*
Comm. de legat.	*l. penult.*

In eodem numero ſunt & quæ non controuerſias veteris iuris decidunt, ſed duntaxat ante probatum ius antiquant, cuiuſmodi ſunt:

De adopt.	*l. vltim.*
De nouat.	*l. vlt.*
De donat.	*l. vlt.*

Si quis contradicendi ſtudio, ſuprà ſcriptis vigintiquinque deciſionibus, ſiue die & coſ. à nobis adductis, alias addit, alias detrahat, ſuſq́ deq́ feram, modò ex me hoc diſcat iuuentus, non magnoperè referre, & non ſolùm quinquaginta Deciſiones poſt prioris Codicis promulgationem

tionem latas, ſed & alias quàm plurimas conſtitutiões Paulini eidem adiectas, [c] *iuri in Pandectas relato derogare, & veterum dubitationes inibi memoratas, interdum dirimere. Quin imò veteres Conſtitutiones aliorum Cæſarum Codici vetuſtiori inſertas, idem ius Pandectarum velut exceptiõe quadam corrigere.* [d] *Non me mouet, quòd Iuſtinianus in mandatis Triboniano dederit, vt omnis Antinomia à Pandectis abeſſet:* [e] *vel quòd iis iam perfectis, contrarium nullum in eo Codice reperiri adfirmet, & ex cõtrariis vnum pro omnibus poſitum eſſe: Nam iiſdem locis idem ipſe edictum ſuum temperat his verbis, quantum poſſibile ſit: & quod inter veteres Conſultos dubitabatur, ſuis ſe emendationibus ſeruaſſe ait. Quem locum ex alia eius epiſtola de emendando Codice,* [f] *ita accipere licet, vt nõ ſolùm reſecta inter componendas Pandectas, ſed etiam in eas relata (ſi quando vel pugnantia vel obſcura videantur) ad emendationes Iuſtiniani, & conſtitutiones eiuſdem argumenti tranſmittamus: vel controuerſi iuris deciſionem, vel obſcuri declarationem inde relaturi. Id aliquot exemplis obiter hîc oſtendemus. Vlpiani & Pauli ſeculo omni capitis diminutione vſufructus amittebatur,* [g] *quod ex libro tertio recept. ſentent. Pauli conſtat, ſub titu. de vſufructu. Quod tamen in*

c l. 1. C. de emend. Co.

d l. 1. C. de bon. mat. l. 1. C. de bon. quæ liber. l. 3. ff. de minor. l. ſacra, ff. ad Treb.

e Vide conſtitu. Iuſtin. Imp. videlicet Procem.

f Cod. de emend. Cod.

g l. 3. ff. quibus mo. vſus fruct. amit.

Digeſta

Digeſta de ea re ex Vlpiano relatum eſt, ad Iuſtiniani conſtitutionem tradi oportet, [a] *vt quod indiſtinctè ſcriptum eſt, & de omni genere, per id coarctetur, quod de parte aliqua ſcriptum extat. Eiuſdem conſtitutionis argumentum tranſlatum eſt in Ciuiles Inſtitutiones* [b]. *Vlpiani temporibus qui liberatus erat patria poteſtate, is honeſtè poſtea reuerti in poteſtatem non poterat niſi adoptione:* [c] *Iuſtiniani tamen Conſtitutione id vno modo licet, ſi auus emancipet adoptatum, viuo adhuc patre naturali: nam reuertitur in patris poteſtatem, & quidem honeſtè* [d], *vt ſpeciem hanc Iuſtiniani deciſione generali Vlpiani ſententiæ derogare exiſtimandum ſit. Paulus aſſeſſori in alienum auditorium negotia tractare permittit, quo tempore aſſidet,* [e] *quod ad nouam Iuſtiniani Conſtitutionem traducere non licet, cùm ſit contraria* [f]. *Illud non ignoro, ſi quis ſubtiliori animo iura in Pandectas relata excutiat, ferè probatum iri, quod aſſeuerat Iuſtinianus, nimirum aliquid occultius ineſſe, quod diſcordiæ querelas ſubmoueat:* [g] *res certè ipſa cogit, vt vel inuitus agnoſcam conſtitutionibus Codici inſertis, locos pleroſq; Digeſtorũ interpolatos,* [h] *atq; adeo*

a l. Corruptio, C. de vſufr.

b §. finitur, eod.

c l. Qui libera, ff. de adopt.

d l pen. C. de adopt.

e l. pen. ff. de aſſeſſ.

f l. fin. C. de aſſeſs. argu. l. ſed &, ff. de legibus.

g d. Conſtitut. 3.

h d. l. penultima, ff. aſſeſs. & dicta l. fina. C. eod. l. qui in al. l. ſi quis mihi, ff. de acquir. hæred. l. 1. C. de bonis mat. l. 1. & fina. de bo. 9. lib.

adeò adhuc ineſſe aliquot, qui ad imperiale iudicium referendi ſint, vt is vel verborum ambiguitatem, vel (vt audaciùs dixerim) Antinomian explicet, & ſubmoueat: i *nam & idem Iuſtinianus, qui priorem ſuum Codicem ſine Conſtitutionum diſcordia emiſſum aſſeuerauit, poteſtatem deinde fecit contrarias leges (ſi quæ inuenirentur) inde tollendi, & reſcripta per nouas Conſtitutiones antiquata,* k *vt probabile ſit, & cum locis quibuſdam Digeſtorum veteri Codici conſentientium, eas Conſtitutiones pugnare. Equidem de Digeſtorum contrariys legibus, non dicam hic plura, ſed priuſquam finem his Commentariys impoſuero, non vno in loco oſtendam, oleum perdere & operam, qui aliquot Pandectarum nodos ſine gladio diſſoluere conantur, (certè ad Conſultorum voluntatem quod atinet)* l *vt quam plurimas mendas interim taceam. Quibus multò ſtupidiores qui nondum animaduertêre, nouiſſimas Iuſtiniani Conſtitutiones, Codici ſub finem titulorum inſertas, quoſdam Digeſtorũ locos antiquare,* m *et prioribus derogare Conſtitutionibus: nam &*

i d. Conſtitut.3.§.ſi quid, Authent. not. ff. de pact. l. reſcripto, de ſtatu homin.l.non ſunt li.l.fina.ff.ſi ex noxal.l.ſed Diui,ff.de rer.diu.l.adeò,ff.de acqu.do.l.in rem, de rei vendicat.§.cùm ex ali. Inſtitut. eod. l. qua, ff. de acqu.do. l.in rem,de rei vendicat. l. qui ſcit, de vſur. l. bo.de acq.do.

k l.1.de confirm.Cod.l.1. de emend. Cod.

l Not. d.l. non ſunt, d. l. in rem, & d.l.qua.

m d. l.fina. C. de aſſeſs. l.fina.C. de

ipſas

pact. inter empt. l. pen. ff de pact. l. 2. & fina. C. de app.

ipſas conſtitutiones, quo tempore Digeſta per-ſcribebantur euulgatas, priùs emendauit quàm Codici adderet, vt hinc quoque coniecturam ducas, à Digeſtis in quibuſdam per hanc conſtitutionum emendationem diſceſſum eſſe a. *Non videbor diſputator ſubtilis, ſatis ſcio, ijs qui Andabatico more de legum cõtrarietate pugnant, quiq; nihil penſi habent in conciliandis contrarijs, qua de re, quóne libro, id quod controuerſum eſt, ſcriptum reliquerit conſultus: cuius tamen verba plerumque Iuſtiniani potiùs, quàm eius qui prior ſcripſit, ſeruiunt voluntati* b. *Interdum ex inſcriptione libri, quo quid ſcriptum fuit, tam eius qui ſcripſit, quàm Iuſtiniani qui comprobauit, ita voluntas conijcienda eſt, vt ſi alia via quæ videntur pugnantia conciliare ſtudeas, ſtatim inter doctos audias, coniectura iſta diuinatio eſt,* c *vt taceam non animaduertere, quo tempore à Iuſtiniano nobis relictum ſit, nullum in Pandectis* d *nullum in Codice contrarium videri:* e *quod genus cõmendationis, perſuaſorio legum exordio maximè conuenit, dum euulgantur populo vt obſeruet.* f *Illud in confeſſo eſt, Nouellas Iuſtiniani Conſtitutiones, reliquo iuri in paucis contrarias extare, quas & aliquando ſe editurum ſtatuerat, quo tempore Codicem renouabat.* g *Hoc enim proprium eſt eius iuris quod ciuile eſt, vt ſubinde pro tempore &*

a d. l. fin. C. de aſſeſs d. l. 1. C. de pact. inter empt.

b not. inf. d. l. non ſunt.

c Not. ff. de Senat. l. Senatoris filiũ.

d Conſti. 3. Iuſtin.

e l. 1. Co. de confir. Cod.

f Plato de legibus.

g d. l. C. de emen. Cod.

re & moribus hominum refigatur. a *Sed tamen & Nouellas Conſtitutiones derogare reliqua legiſlationi, magis quàm abrogare, & contrarias eſſe dixeris: cuiuſmodi legum pugnantia & in Codice extat. Leges enim legibus, & conſtitutionibus Conſtitutiones Iuſtinianus contrarias, negat ſuo Codici ineſſe: non item alias alijs aliqua in parte derogantes.* b

a §.pe.Inſti. de iure nat. c. non debet de conſang. C. de emen. Cod.

b liberi, &l. omnimodo, C. de inoff.

*EGVINARIVS BARO IVRE*consultus de ratione docendi diſcendiq; iuris ciuilis ad iuuentutem.

M. T. Cicero de via & ratione verba faciens, quæ artes, quæ literis continentur, doceri diſciq; oportet, nullam ſine interprete, & ſine aliqua exercitatione percipi poſſe, auctor eſt: etiamſi, quàm pleniſſimè ſcribi poſſint, in manus hominum ſcripta veniant. Quod nominatim de iure Ciuili eodem loco, nimirum quadam ad Trebatium epiſtola affirmat his verbis: Num ius Ciuile veſtrum ex libris cognoſci poteſt? qui quanquam plurimi ſunt, doctorem tamen, lumenq; deſiderant. Qui tamen mox velut exceptione quadam ſententiam ſuam corrigit, de Topicis ſuis ad Trebatium eundem ſcriptis ſentiens: quanquam inquit, tu ſi attentè leges,

ſi ſæpius, per te omnia conſequere, vt certè intelligas, vt verò etiam ipſi tibi loci propoſita quæſtione occurrant, exercitatione conſequere. Sed quid ego M. Ciceronem profero? etſi ſine controuerſia inter Latinos optimus diſciplinarum tractandarum cenſor habitus ſit. Extant publicæ leges de aqua et ignis interdictione, relegationibus, pœnis multisq; varijs ſanctæ, quibus ea, è via, quam Cicero commonſtrat, tibi præſcripta eſt. Nam cùm penè ad duo millia librorũ, verſuũ verò plus quam tricies centena ius Ciuile olim excreuiſſet, Flauij Iuſtiniani Cæſaris cura effectum eſt, vt in ſexaginta ſex libros, quatuor nimirum Inſtitutionum, quinquaginta Pandectarum, & duodecim Conſtitutionum, cum paucis Nouellis legibus redigeretur. A quo etiam quid quibusq; temporibus tradi a profeſſoribus, diſciq; abs te oporteret, diligentiſſimè præcipitur. Etenim primo profeſſionis anno, quatuor libros Inſtitutionum, cum totidem Pandectar. libris Iuſtinianeis nouis ab vno eodemq; Doctore tradi par eſt: ſecundo anno libros ſeptem de Iudicijs, cum quatuor ſingularibus: tertio, octo de rebus, & tres ſingulares: quarto anno libros ſingulares decem. Eos qui ſuperſunt quatuordecim Digeſtor. libros cum duodecim Conſtitutionum, & Authenticis legibus per te conſequi anno quinto potes. Et hæc quidem de ratione

tuorum

tuorum ſtudiorum Iuſtiniani Magni, cuius leges ſcire cupis. Lex eſt, cui ſtatuto moribúsue priuatorum hominum neque abrogari, neque quicquam derogari fas eſt. Ex qua lege, ſiue terni ſiue quaterni Doctores intra ſtatutum numerum ſint, in ſingulis Academiis: ita profiteri oportet, vt ſingulis annis ſinguli qui iam quadraginta libros à Iuſtiniano præſcriptos, interpretati ſint Inſtitutiones, & τὰ πρῶτα ſibi rurſus ſumant: aliis iam vnius anni profeſſione, aliis duorum antecedentibus. Ita enim fiet, vt quotannis in Gymnaſium euntes, ſibi deligere Doctorem poſſint, qui modo & ordine à legumlatore conſtituto, quantum cuique ſatis ſit, intra quadriennium explicet: atque adeò ſequentes, ſi lubet, audire, & ter vel quater intra præſcriptum quadriennium Inſtitutiones cum quinque ex ſeptem partibus Digeſtorum præeunte magiſtro, ordine perlegere. Non ignoro, ſi quis diſſerendi artem, literarum ſcientiam, & reliquam philoſophiam, ad ius Ciuile attulerit, eum p ſe, partim ex iuris libris, partim ex qualibuſcunque commentariis conſequi poſſe, vt tandem intelligat: ſed doctus Profeſſor in iis verbis, quæ iuris Ciuilis propria ſunt, longè alioqui perferendo labore ex tempore leuabit. Sed & his annua profeſſio ſatisfaciet: etſi Iuſtinianus rationem ſtudiorum, pluribus potiùs

quam paucis, egregiè præter cæteros doctis accommodet. Vtramquamque viam ingrediare, totius operis diſpoſitionem inter progrediendum obſerues neceſſe eſt, quòd ea res (vti in cæteris) mirum in modum memoriam iuuet. In ſingulis verò Titulis, vt nautæ ad cynoſuram ſolent, ad legem, S. C. plebiſcitum, conſtitutionem, edictum, reſpicies perpetuò, quo Iureconſultorum reſponſa, quæſtiones, commentarij ſub eundem Titulum cõgeſti per Iuſtinianum, ſpectant. Quam quidem ad rem, nonnihil (niſi fallor) adiumenti in commentarijs ad Pandectas tibi adfero: certè promouere tua ſtudia bona fide conor, valdè te obſecrans, vt vel me adhuc viuo, vel mortuo, rudia quandoque polias, & conſumes imperfecta, qualia hominis opera eſſe ſolent. Et hæc quidem rectè docendi, diſcendiq́ iuris Ciuilis ratio eſt, de qua mihi parcius dicendum fuit, quod Franciſcus Duarenus idem argumentum & ornatè & copioſè nuper explicauerit, cui (vt veterum Conſultorum more dicam) idem quod mihi videtur. Quæ quamuis ita ſe habeant, aduerſus præſcriptam à legum latoribus, & ſapientiſſimis hominibus rationem omnia præpoſterè in Gymnaſiis tractari videas. Nam & a fine iuris plerumque incipere, & neparum more ad cætera regredi, illis magnis profeſſoribus placet, & gloſſas (quod in-

dignius

dignius ferendum eſt hoc doctiſſimo ſeculo) legibus ipſis anteponere: quas tamen omninò eis adſcribere vetuit Iuſtinianus, vt omittam ex omnibus hiſce libris, quibus ius Ciuile continetur, vix denos, ſingulis quadriennijs in ſingulis Academijs interpretari: quos & ipſos paſſim & contra edicti perpetui ordinem profitentur: repertis in hoc magnificis verbis, cum apparatu, ordinaria lectio &c. quibus perſuadent id demum eſſe Iuriſconſulti, quod Vlpianus ab inferis fortè ſuſcitatus ſine interprete non intelligat. Quid verbis opus? In hoc conſpiraſſe ad vnum dixeris, vt contrà quàm legumlatori placuit, doceant, & neſcio quodnam docendi cacoëthes hac in re legibus ipſis præponant. Vt ſi rectam diſcendi rationem propria oratione explicare atque euoluere velis, eam dicas ei contrariam, qua miſeri auditores vtantur hoc tempore in Gymnaſiis. Ergo deſtinata hiſce ſtudijs iuuentus, rectè diſcendi ſtudium optimam viuendi rationem cum Pomponio iuriſconſulto exiſtima, & vtrúmne legumlatoribus, & ſapientiſſimis quibusq;, an illis nullo duce præter inueteratum barbariæ morem, Gloſſemata profitentibus de ſtudiorum ratione audiendum ſit, etiam atq; etiam vide.

COLLATIO IVRIS CIVILis & Canonici, maximam adferens boni & æqui cognitionem.

Per D. Ioan. Oldendorpium.

I. ## ARBITER

Iure ciuili non compromittitur cum iuramento. Authent. Decernimus. C. de arbit. At ius pontificium non prohibet tale iuſiurandum. c. cum tempore. Et c. ex parte, eod. tit.

II. Arbitri ad ſuſpicionis cauſam electi, non ſolùm de ſuſpicione, ob quam recuſatur delegatus iudex: verùm etiam, ſi allegationem recuſantis legitimam compererint, de toto cognoſcunt negocio, quod controuertitur, vt in l. apertiſſimi, C. de iudic. Canones verò, præter ſuſpicionis cauſam, nihil permittunt arbitris, c. ſuſpicionis, de offic. delegat. c. legitima, de appellationib. lib. 6.

I. ## ACTIO.

Ex pluribus & diuerſis actionibus in perſonam, poteſt iure ciuili vnus atque idem conueniri apud diuerſos iudices, l. 1. & 2. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat. l. nulli, C. de iudic. l. cognitio. Et l. ſequenti, ff. de libera. cauſ. Canones autem aliter ſtatuunt, c. quia nonnulli, de reſcript.

II. Sine actione nullum procedit iure ciuili iudicium.

dicium. Quod nonnulli adeò verum exiſtimāt, vt etiam nomen actionis ſit exprimendum, l. 1. ff. de edend. Inſtit. de actionib. in princ. l. item ſi, §. fin. ff. negocior. geſtor. Præterea delectus eſt habendus, qua actione conueniatur aduerſarius, l. duobus, §. Colonus, ff. de iureiurand. l. habebat. ff. de inſtit. actio. l. 1. ff. arbor. furt. cæſa. l. cūm filius, §. varijs, ff. de legat. 2. Canones autem remittunt iſtam inueſtigationem, qualis intendatur actio: contenti, vt ſimpliciter exponatur iudici factum, c. dilecti filij, de iudici. Niſi tamen actor maluerit ſubijcere nomen actionis. Sic enim intelligunt, c. 1. de mutu. petitio. Et c. examinata, de iudici. 12. quæſt. 2. c. Octaua, 11. q. 1. c. experientiæ, c. grauis, de depoſit. Sed profectò non benè perpendunt quid ſit actio, actionis cauſa, actionis nomen: quid conferat ad vſum fori, tenêre certam actionis ſpeciem. Adde l. 1. C. ſi per vim vel alio modo.

Iure ciuili ex pacto nudo non naſcitur actio, l. iuriſgentium, §. quinimò, ff. de pact. l. legem, C. eodem tit. At Pontifices videntur ex ſimplici pactione actionem dare, c. indicante, de teſtament. Doctores putant, condictionem ex cauſſa locum habere. argum. 22 q. 5. c. iuramenti Et 12 q. 2. c. quæcunque ſuffragio. III.

In iudicio actionis in rem, miſſus in poſſeſ- IIII.

ſionem ex priore decreto, ſtatim ſit poſſeſſor: ideoq́ non propriè poteſt dici cauſſa rei ſeruandæ miſſus: quamquam (vt vocant) commutabiliter. l. ſi quis emptionis. §. penultim. C. de præſcript. triginta annorum. Canones verò ante annū non faciunt miſſum poſſeſſorem, ſed cuſtodem duntaxat bonorum, c. paſtoralis, de offic. ordinar. c. contingit, de dol. & contuma. c. ſi. de eo, qui mittit. in poſſeſſ. cauſ. rei ſeruand.

V. *Ex diuerſis actionibus, iure ciuili vna eſt eligenda, l. hæredes. §. de pluribus, ff. famil. herciſcund. l. non eſt nouum. ff. de actio. empti. Canones autem permittunt paſſim multarum actionum cumulationem, c. querelam, de electio. c. dilectus, de capell. monacho. Et c. cùm eccleſia, de cauſ. poſſeſſio.*

I. *ABSENS.*

Quatenus abſens, vel ob neceſſariam cauſſam, vel lucri ſui gratia, ſit reſtituendus, leges eleganter diſtinguunt, l. vlti. ff. de in integrum reſtitutio. l. 1. C. ex quibus cauſ. maio. l. quia. C. de procurat. l. necnon, & l. ſed & ſi. §. 1 ff. ex quibus cauſ. maio. Canones autem ſimpliciter reuocant id, quod aliquo ſine contumacia abſente factum eſt, c. cùm Bertoldus, de re iudicata.

I. *ACCVSATIO.*

Frater non accuſat fratrem de magno crimine,

mine, quia lex prohibet eam impietatem. At canones permittunt de hæreſi, c. literas, de præſumptioni.

Accuſatore non probante, reus etiam ſi nihil præſtiterit, abſoluendus eſt, l. qui accuſare, C. de edend. l. ſciant, C. de probationi. At canones etiam ad purgationem vrgent accuſatum ex aliqua cauſſa fortè ſuſpectum, vt extant Tit. de purgatio. vulgari. & de purga. canoni. c. cùm dilectus. Quamquam etiam leges interdum decernunt purgationem, l. vbi falſi, C. ad leg. Corn. de falſ. II.

Accuſandi vel denunciandi neceſſitatem, leges nemini imponunt, ſicut nec agendi, C. vt nem. inuit. age. vel accuſa. cogat. Sed canones vrgent clericos ad denuncianda ſacerdotum ſcelera, 2. q. 7. c. quapropter, 1. q. 1. c. quiſquis. Et 5. q. 5. c. 1. Probatur item in c. cauſam, qui filij ſint legitimi. III.

ACCVSATIO MVTVA.

Pontificij canones de mutua accuſatione ſimpliciter ſtatuunt, quòd condemnatus de crimine infami, non admittatur deinceps ad accuſandum neque eum, à quo fuit accuſatus, neque alium, 6. q. 1. c. qui crimen, 3. q. 11. c. neganda. Leges verò Rom. ſequuntur æquitatē, cōſideratis circumſtantijs, quas eò, ꝙ frequentes admodum ſint, latius duximus oſtendendas.

I. *Accuſatus poteſt viciſſim aduerſarium ſuum accuſare de crimine præiudiciali, dum pendet iudicium, l. 1. C. de his qui accuſa. non poſſ. Et 3. q. 11. c. prius.*

Crimen autem præiudiciale dicimus, quod permittit accuſationem prioris iudicij, vt, ſi quis accuſauerit iniuriarum: reus verò viciſſim proponat accuſationem legis Corneliæ de ſicarijs. Accedunt l. fin. C. de ordin. iudicio, l. adulterij accuſatione, C. ad legem Iul. de adulter.

Rationem adfert Bartolus in l. is qui reus, ff. de public. iudici. quia accuſatio præiudicialis habet vim exceptionis peremptoriæ. Sed exceptio peremptoria, poteſt ſemper opponi in iudicio ante ſententiam, l. ſi maritus ſit, §. præſcriptione. ff. ad leg. Iul. de adulteri. Ergo licebit talem accuſationem mutuam, quandocunque ante finem iudicij proponere.

II. *Accuſator poteſt per reum mutuò accuſari de crimine, quod contingit propoſitum in iudicio crimen, vt: ſi mulier adulterij a marito rea facta: rurſus accuſet maritum lenocinij, l. 2. §. ſi publico, ff. ad leg. Iul. de adulter.*

III. *Accuſans non poteſt in eodem iudicio reus fieri de crimine, quod neq; præiudiciale eſt, neque propoſitum crimen contingit, l. is qui reus, ff. de public. iudici. Conſtitutionibus enim (inquit Vlpianus) obſeruatur, vt nõ relatione criminum,*

minum,

minum, ſed innocentia reus purgetur. Idem probatur in l. reum criminis, C. de procurato. l. libertus, §. in quæſtionibus, ff. ad municipa. l. reus, ff. de muneribus & honoribus, l. 1. C. de reis poſtulan. l. ſi vxor, §. iudex, ff. ad leg. Iul. de adulter.

Qui ſuam aut ſuorum perſequitur iniuriam, is tametſi reus ſit factus, poteſt tamen in eodem iudicio aduerſarium ſuum accuſare, l. 1. C. de calumniatori. l. neganda, C. de his qui accuſa. non poſſ. Hinc eſt, quòd qui regulariter accuſare prohibentur, vt in l. qui accuſare, & l. ſeq. Hi tamen omnes (inquit Marcellus) ſi ſuam iniuriam exequantur, mortémue propinquorum defendant: ab accuſatione nō excluduntur. Accedunt l. qui iudicio, ff. eodem tit. l. propter inſidias, C. de his qui accuſa. non poſſ. & l. 2. in fin. C. in quibus cauſis colo. vel cenſit. IIII.

Accuſator poteſt viciſſim, pendente iudicio, reus fieri ab accuſato, qui ſuam vel ſuorum iniuriam perſequitur, citra omnem diſtinctionem: vtrum prior accuſans ſuam quoq; vel alienam publico iudicio intendat læſionem ſeu iniuriam. Ita diffiniunt Otthofredus, & Iacobus Balduinus, quos Bartolus ſequitur, teſtatus ſic obſeruari communiter conſuetudine, in l. is qui reus. ff. de public. iudici. Allegant l. qui cum maior, §. ſi libertus, ff. de bonis liberto. V.

Et l.

Et l. ſi quis ingraueſcente, §. vtrum autem, ff. de Senatuſc. Silania.

Improbat autem Bartolus opinionem Accurſii, in l. neganda, C. de his qui accuſa. non poſſ. vbi adducit l. aſſiduis, C. qui potio. in pigno. habean. in duabus enim dotibus (ait Iuſtinianus) ab eadem ſubſtantia debitis, ex tempore prærogatiuam manere volumus: Volens inde conſequentiam ducere, quòd & accuſans ſuam iniuriam, videatur potior in iudicio, quia prior. Sed primùm Guilielmus de Zuzaria reſpondet, infirmum eſſe argumentum, quod ducitur à cauſſis ciuilibus, ad criminales. Deinde Bartolus addit hanc rationem differentiæ, quia in l. aſſiduis, aliquid aufertur alteri per mutuam petitionem. Hîc verò vnuſquiſque ſuum perſequitur intereſſe, ex illata ſibi iniuria. Ideoq; nihil prohibet, vtramque accuſationem vno eodemq; iudicio dirimi.

Nec obſtat regula: Qui prior appellat, is prior agat. Quia obſeruabitur & hic ordo quidam iudicij: vt tamen vtraq; ſimul & cognoſcendo, & diffiniendo, non autem diuerſis temporibus tractetur, ſicut de conuentione & reconuentione dici ſolet. Accedit pulchrè textus in l. 1. §. vlt. ff. quæ ſenten. ſine appel. reſcindant.

VI. *Ei, qui reus factus ſeu accuſatus eſt, licet inſcriptionem de crimine quocunque, in iudicio depo-*

deponere: ad effectum, vt poſt ſententiã id perſequatur, l. neganda, in fin. C. de his qui accuſar. non poſſ. Et l. is qui reus, in fin. ff. de public. iudic. Loquuntur enim hi loci de crimine, quod neque eſt praiudiciale, neque vllo modo connexum eſt crimini à priore accuſatore propoſito.

ACCVSATIONIS PROſecutio.

I. Accuſatus in iudicio publico, qui per ſententiam abſoluitur: is ſine dubio poteſt aduerſarium ſuum accuſare, multò magis cœptam accuſationem exequi, l. is qui reus. ff. de public. iudic. Niſi obſtent alij defectus, quos inferius obſeruabis.

II. Condemnatus de crimine, quod tamen infamiam non irrogat: admittitur poſt ſententiam tam ad accuſationem, quam ad proſecutionem contrà victorem prioris iudicij, vt in prima theſi.

III. Condemnatus de crimine, quod adimit ciuitatem, libertatẽ, vel vitam: non poteſt inchoare accuſationem, ſed inchoatam poteſt proſequi per ſe, aut (ſi fortè non liceat venire in ciuitatem) per procuratorem, l. 1. C. an per alium cauſ. appella. niſi crimen, in quo condemnatus eſt, cenſeatur praiudiciale, l. 1. C. de his qui accuſa. non poſſ.

Et quan-

Et quanquam Accurſius de damnatis ad mortem ciuilem admittit, de pœna tamen mortis naturalis negat, quaſi ea non poſſit tantiſper d fferri, vt cõdemnatus impleat accuſationem, l..um reis. Et l. ſi vindicari, C. de pœnis, l. ſi quis fortè, C. eod. titu. l. 2. C. de cuſtodi. reor. Bartol us tamen dicit, communem Doctorum opinionem ſequi id, quod ſupra dictum eſt. Sicut enim mors ciuilis differtur propter accuſationē proſequendā: ita naturalem quoq; ob cauſam ſuſpendi, nihil vetat, iuxta l. fin. in prin. ff. de publica. & vectiga. l. prægnantis. Et l. qui vltimo, ff. de pœnis, l. 1. C. de bonis damna. de accuſatione repetenda, mortuo accuſatore, vide l. libellorum, §. fin. ff. de accuſatio.

His autem caſuum ſpecies, ius Canonicū nuſquam diſtinguit: vt ſcias, ius ciuile in hoc obſeruādum eſſe, ſecundum cõmunem iuris regulam. Latius autē hæc tractaui, tum quòd res eſt quotidiana, tū q̄ video magni nominis iudices (abſit verbo iniuria) ea in re hallucinatos fuiſſe.

ADFINITAS.

I. *Iure ciuili adfinitas, duntaxat nuptijs cõtrahitur, l. nõ facilè, §. adfines. ff. de gradib. & adfinib. At iure pontificio, ſoluta cõiunctio carnalis facit adfinitatem, c. diſcretionem, & c. pen. de eo qui cogno. cõſang. vxo ſuæ. Idem dicendū eſt de cognatione, vt in c. per tuas, de probatio.*

APPEL-

APPELLATIO.

Iure ciuili non appellatur ab interlocutione, vel alio grauamine reparabili, ante diffinitiuã ſententiã: exceptis aliquot ſpeciebus, l. ſi quis ex aliena. ff. de iuriſdict. l. aperiißimi, C. de iudic. l. 2. de epiſc. audien. l. ante diffinitiuam, C. quorum appel. nõ recip. Verùm canones admittunt appellationes ante ſententiam, c. ſuper eo, 2. Et c. cùm cauſam, de appellatio. Quod tamen quomodo ſit intelligendum, diximus in libello de iure & æquitate. Nam falſa eſt differentia, niſi rectè intelligas, quam pleriq; tradunt: Quod iure Canonico poſſit appellari a ſententia momentaneæ poſſeſſionis. Adde c. vlt. de appellat. lib. 6. Cle. vlti. eodem tit. I.

In illis autem caſibus, quibus poteſt appellari ante ſententiam diffinitiuam, leges exigunt cauſam iure aliquo approbatam. Canones verò probabili cauſſa ſunt contenti, etiam ſi iure non exprimatur, l. hi qui ad ciuilia, C. de appellationi. l. properandum, C. de iudic. c. vt debitus, de approbationibus. II.

Appellatio gradatim fieri debet, ex ordinatione ciuili, l. Imperatores. ff. de appellatio. & relationib. Canones autem permittunt prouocationem ad Romanum Pontificem, prætermiſſis alijs tribunalibus, c. duobus, de appellationib. 2. q. 7. c. Metropolitanum. III.

Appella-

IIII. *Appellationem fruſtrandi cauſſa, leges puniunt duabus libris argenti, l. ab executore, C. quor. appell. non recip. Canones verò in expenſis condemnant, c. reprehenſibilis, §. ſi autem in quacunque, de appellation.*

I. BONA FIDES.

Secundum leges, bona fides eſt conſcientia hominis ignorantis alienam eſſe rem, quam habet, etiamſi incidat dubitatio, l. qui ſcit, §. bonæ fidei, ff. de vſur. Aliter autem ſentiunt canones auctore Hoſtienſi, in c. ſi diligenti, de præſcription.

I. CONFISCATIO.

Bona grauiter delinquentium deferuntur ad fiſcum eccleſiæ, c. vergentis, de hæretic. 17. q. 3. c. ſi quis deinceps, & c. quiſquis. Secundum leges verò, bona relinquuntur hæredibus, l. cognouimus, & Auth. Item C. de hæretic. & Authen. bona, C. de bon. damnato.

I. CRIMEN.

Criminum alia ſunt publica, alia verò priuata ſecundum leges, vt in l. 1. ff. de public. iudic. Inſtit. eodem titu. Pontificium verò ius cenſet omnia crimina eſſe publica, 6. q. 1. c. infames, c. 1. 2. & vltim. de colluſio. detegend. c. nouit, de iudici.

II. *Iudicium criminale non procedit ſecundum leges aduerſus abſentem, lite non conteſtata:*

Exce-

excepto apparitore contumace, l. ne diu, C. de pœn. l. 2. C. de requiren. reis, l. abſentem, ff. de pœnis. At canones permittunt recipi aliquando teſtes, tum in crimine, tum in electione & reſtitutione, abſente aduerſario, c. veritatis, de dol. & contuma. c. quoniam, §. porrò, vt lit. non conteſta. c. ex tua, de cleric. non reſident. 3. q. 9. c. decernimus. Et 4. q. 2. c. quia ea.

Maritus poteſt iure Canonico accuſare vxorem, & ſimul agere ad ſeparationē thori, vt neque ciuilis, neq; criminalis ſit cauſa, c. 1. de procuratori. Sed iure ciuili, primùm accuſatur adulter ad pœnam, deinde repudiatur, Nouell. vt liceat mat. & auia, §. quia verò plures. III.

Lex ciuilis permittit dari iudicium ei, qui furem aut alium malefactorem oſtēderit, quaſi præmium quoddam, l. ſi ob turpem, ff. de cōdict. ob turp. cauſ. l. ſolent, ff. de præſcript. verb. At iure canonico non videtur id licitè accipi, c. qui cum fure, de furt. IIII.

Infamiam non irrogant ſecundum leges, niſi ea crimina, quæ nominatim recenſentur in titu. ff. de his qui notantur infami. l. infamem, ff. de public. iudici. Sed iure pontificio omne peccatum reputatur infame. De conſecrati. diſtinct. 5. c. Celebritatem, 6. q. 1. c omnes, & c. illi qui. V.

Si plures vulnerauerunt aliquem mox morientem, & ſit certum, ex cuius vulnere fuerit VI.

mortuus: tunc alij non cenſentur homicidæ, l. huic ſcripturæ. ff. ad leg. Aquil. Et l. fin. ff. ad legem Cornel. de ſicar. Canones autem aliter videntur ſtatuere, c. præſentium, de cleric. percuſſor. & diſtinct. 1. c. ſi quis poſt.

VII. *Adulterij accuſatio aliter exercetur iure ciuili, aliter iure pontificio, l. miles, §. adulterij, ff. ad leg. Iul. de adulte. 33. q. 2. c. admonere, c. tuæ, de procuratoribus.*

VIII. *Concubinatus iure ciuili, ad euitanda maioris periculi mala, videtur tolerari, l. 1. ff. de concubi. l. 2. C. de donation. inter vir. & vxor. l. inter. ff. ad leg. Iul. de adult. Canones verò prohibent, 32. q. 4. c. nemo ſibi blandiatur.*

IX. *Patri licet adulterum cum filia ſua deprehenſum, iure ciuili occidere, l. nec in eodem. Et l. ſeq. ff. ad legem Iul. de adulter. Marito non item permittitur, mitius tamen, ſi faciat, puniendo, l. Gracchus, ff. eodem titu. In domo ſua cum vxore delinquentem, maritus poteſt occidere, l. marito, ff. dict. titu. quinimò, quem ter admonuerit, ne vxorem ſuam tentaret ad ſcelus, in eum poteſt quocunque in loco ſe vlciſci, Nouell. vt lice. matr. & aui. §. penulti. & vlti. neque id corrigitur Nouell. vt null. iud. §. ſi quando, quia loquitur in alio caſu. Canones verò omnibus modis prohibent occidi adulterum, qui apud Iudicem poteſt accuſari ad pœnam,*

33. q.

33.q.2.c.inter hæc, & c.ſeq.23.quæſt.5.c.ſi non licet.

Vxor non accuſat maritum adulterij iure ciuili,l.1. C.ad leg. Iul.de adulter. Canones autem pontificij videntur etiam mulieri accuſationem permittere,ad exemplum mariti, c.tuæ, de procurato. Vide Nouell. vt lice.matri & auiæ, §.quia verò plurima. X.

De crimine nemo damnari debet ſecundum leges ſine accuſatione, præterquam in caſibus, quos recenſet glo. in c.1. vt eccleſiaſti. benefic. verb.accuſatione. Verùm canones id permittunt, c. Nouit. de iudic. dum inquit Innocentius: Non enim intendimus,&c. 2.q.1.c.ſi peccauerit,4.q.4.c. aliquando. XI.

Qui ſtupraſſet virginem non adhibita vi, olim relegabatur. Vim admittens, capite puniebatur ſecundum leges, Inſtit.de public. iudic.§. 1.Et §.ſin autem. At canones volunt, vt aut ducat,aut excommunicetur,c. 2.de adulter. Vſus hodie ſic punit: Aut ducat,aut dotet. XII.

Capitis deminutio diuiditur ſecundum leges in maximam,mediam, & minimam,Inſtit. de capit.deminutio. Pontificium autem ius non vtitur his ſtatus mutandi formulis, c. qualiter & quando,2.de accuſationi. XIII.

COMPENSATIO DElictorum.

I. *Semper recurrendum eſt ad diſtinctionem, vtrum opponens dolum aduerſus doli allegationem, certet de lucro adquirendo, an de damno duntaxat euitando. Priore enim caſu facilius admittitur compenſatio, l. viro atque vxore. Et l. cũm mulier, ff. ſoluto matrimonio. Poſteriore verò non æquè, l. apud Celſum, §. Marcellus, ff. de dol. mal. & met. exceptio. Vide Dynum in c. in pari, de regulis iuris, lib. 6.*

II. *Nonnunquam in pari cauſſa delictorum, melior conditio eſt poſſidentis, l. 2. C. de condict. ob cauſ. 1. l. ff. ne quis eum qui in ius vocat. Quod canones non ita diſtinguunt.*

III. *Multum diſtant allegatio doli, ad compenſandum dolum, & allegatio innocentiæ, quo oſtendit quis aliquid non eſſe factum à ſe dolo, ſed ab aduerſario doloſo ad hoc inductum, vt in l. fin. in prin. C. ſi minor ſe maio. dixe. dum dicit: Quòd ſi ſi per iniuriam vel circumuentionem aduerſarij hoc factum fuerit: durabit beneficium. Eleganter Papinianus in l. cùm pater filios, §. Titio fratri ſuo, ff. de legat. 2. Prudentius autem (inquit) fecerit, ſi ex teſtamento fratris hæreditatem repudiauerit, et inteſtatò poſſeſſionem acceperit. Nec videbitur dolo feciſſe, quũ fraudem excluſerit.*

CESSIO.

I. *Canones legitimam coniecturam ſeu præſum-*

ſumptionem, ſimulationem cenſent, ſi clericus recipiat ceſſionem alieni iuris, c. ex parte, de aliena. iudici. mutan. cauſ. fact. Nam clerici ab illicita negociatione debent abſtinere. 23. q. 3. c. clerici. Et c. canonum. Iure verò ciuili ſemper probanda eſt cauſa ſimulatæ ceſſionis, l. per diuerſas. Et l. ab Anaſtaſio, C. mandat. l. militē, 2. C. de procuratori.

Qui cedit bonis ob inſolentiam creditorum, is, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, poteſt quidem ſecundum leges conueniri denuò: ſed non, niſi quatenus facere poteſt, l. is qui, ff. de ceſſio. bono. Canones autem volunt eum tali caſu ſimpliciter ad ſolutionem compelli, c. Odoardus, de ſolution. c. cùm tu, de vſur. II.

CITATIO.

Citatio ſine expreſſo die, non valet iure ciuili, vt notant in l. ita ſtipulatus. ff. de verborū obligationib. Iure autem pontificio ſecùs eſt, c. cùm parati, in fin. de appellationibus.

CONTRACTVS.

Iure ciuili toleratur deceptio contrahentium, vſq; ad dimidium iuſti precij, l. in cauſæ, §. idem Pomponius, ff. de minoribus. Pontifices autem nolūt rem eccleſiaſticam vltra iuſtum precium alienari, glo. 12. q. 2. c. hoc ius. I.

Iure ciuili in alienatione rerum eccleſiaſticarum requiritur ſolemnitas magna, Authent. II.

hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. eccle. Sed canones non requirunt tantam ſolemnitatem, contenti ea, quæ traditur 12. q. 2. c. ſine exceptione. Innocentius in c. dudum, de rebus eccleſiaſt. non alienan.

III. *Venditor non tenetur præcisè (vt vocant) ad tradendam rem alienatam, ſed liberatur ſoluendo id, quod intereſt emptoris, l. 2. §. 1. Et l. ſeq. ff. de actio. empt. argu. l. ſi ſtipulatus, ff. de vſur. Canones autem exigunt omnibus modis rem liberè tradi, c. cùm Ioannes, in prin. de fid. inſtru. argu. c. Piſanis, de reſtitutio. ſpoliato.*

CONDICTIO OB turpem cauſam.

Turpitudo dandi poteſt in rebus ciuilibus ab vna duntaxat parte verſari, vt habeat locum cōdictio. l. 3. & l. ſi ob turpem cauſam, ff. de condictio. ob turpem cauſam. In eccleſiaſticis verò rebus ſemper eſt vtriuſque turpitudo, & dantis, & accipientis, c. 2. de magiſtr. 1. q. 1. c. quos conſtiterit.

DOS.

Dotis alienatio non valet iure ciuili, etiamſi mulier iureiurando conſentiat marito vendenti, l. Iulianus. ff. de fund. dota. Authent. ſiue à me, C. ad Senatuſconſ. Velleian. Canones verò volunt ſeruari tale iuramentum, c. cùm contingat, de iureiuran. vbi glo. verb. debent.

EXCEPTIO.

Dilatoria exceptio iure ciuili debet opponi ante litem conteſtatam, l. ita demum, C. de procurato. l. ſed & ſi ſuſcepit, in princ. ff. de iudici. Canones autem quandocunque eam admittunt ante ſententiam, c. exceptionem. Et c. Pia, de exceptioni. I.

Exceptione ſuſpicionis probata coram arbitris, aduerſus delegatum iudicem, iuriſdictio nō redit ad ſuperiorem iudicem iure canonum, c. cùm ſpecialis, de appellationibus. Sed iure ciuili diuerſum eſt, vt notatur in l. apertiſſimi. Et l. cùm ſpeciali, C. de iudici. II.

Qui actoris intentione fundata, propoſitam exceptionem dilatoriam non probat: is iure pontificio condemnatur in expenſis omninò ſoluendis, c. finem, de dol. & contumaci. Iure autem ciuili condemnatio expenſarum reijcitur in finem litis, l. properandum, §. ſin autem, C. de iudici. III

AETAS.

Leges Romanæ ſtatuunt virilem ætatem 25. annorum, l. 1. ff. de minoribus, l. fin. C. de his qui veni. ætat. Canones verò æſtimant ætatem viri 30. annis, c. is qui, 70. diſtinct.

FORVM.

Qui aliquo in loco contraxit, is poteſt ibi non ſolùm iudicari præſens, verùm etiam vocari vt I.

veniat, l. hæres abſens, ff. de iudic. Iure autem canonico iudex loci non tantam habet poteſtatem, c. Romana, de foro competen.

II. *Forum competens dicitur etiam litigatorum conſenſu, l. 1. & 2. in princ. ff. de iudic. l. ſi per errorem, ff. de iuriſdictio. l. in priuatorum, C. eodem titu. Canones autem aliter diffiniunt forum, in c. ſignificaſti, de foro competent. 3. q. 6. c. non liceat. Et 9. q. 2. c. 1.*

FRVCTVS.

Legum ſanctione fructus ſemper intelliguntur, deductis expenſis, l. fructus, ff. ſoluto matrimonio: nullus enim caſus eſt, qui talem deductionem impediat, l. ſi à domino, §. fin. ff. de petit. hæred. l. fundus qui, ff. famil. herciſc. Iure autem Canonico decimæ exiguntur, nullis prorſus deductis ſumptibus, c. cùm homines. Et c. non eſt in poteſtate, de decimis.

FAMA.

Canones plus tribuunt famæ, quàm leges, c. cùm deſideres, de ſentent. excommuni. l. 3. ff. de teſtibus.

HAERES.

I. *Iure ciuili, hæres qui ſcripſit inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditatis, l. ſcimus, C. de iure deliberan. Hæres item non niſi lite conteſtata tenetur ex defuncti maleficio, l. 1. C. ex delict. defuncto. Denique, non poteſt conueniri*

niri vltrà, quàm ex hæreditate percipit, l. hæreditarijs, C. de heredi. actio. Quæ ſpecies iure canonico non ita diſtinguuntur, ſed hæredem ſimpliciter obſtringunt, ad quem aliquid peruenerit, c. in literis, de rapt. 16. quæſt. 6. c. ſi epiſcopum.

Hæres non obtemperans vltimæ voluntati, perdit ſecundum leges omnia relicta, excepto filio, qui retinet legitimam, l. fin. C. de fideicommiſſ. Canonico autem iure, filius quoque huic pœnæ ſubiacet, c. licet, in fi. de voto. 11. q. 1. c. Syluester. II.

Computatio graduum conſanguinitatis diſſimiliter numeratur iure ciuili et canonico. Inſtit. de gradibus cognatio. Et 35. q. 5. c. ad Apoſtolicam, c. quòd dilectio. Et c. vltim. de conſanguin. & adfini. III.

Hæres quamuis ex contractu defuncti teneatur, l. ex depoſiti. ff. de actioni. & obligationi. l. ad ea, §. in contractibus, ff. de regulis iuris: exceptis caſibus aliquot, vt in l. ſi duob. §. vlti. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer. l. illud, §. vltim. ff. de tributo. Ex delicto tamen defuncti non poteſt conueniri, ſi nihil ad eum peruenit, nec lis fuit conteſtata cum defuncto, l. 1. C. ſi ex delict. defuncto. Canones autem compellunt hæredes ad ſoluendum tam ex delicto, quàm ex contractu defuncti, cuius bona perceperunt, c. vltim. IIII.

 de ſe-

de ſepultu. c. tua nos, de vſur. 16. q. 6. c. ſi epiſcopum.

V. *Hæredes non exequentes propterea voluntatem teſtatoris, quia voluerint legitimā ſuam deducere: audiuntur quidem iure ciuili. Nouell. de hæredi. & falcidi. §. primùm, & §. ſi quis non implens. Et ſic intelligitur Nouell. de eccleſiaſtic. titu. §. ſi quis pro redemptione. Pontificio autem iure, ſine vlla diſtinctione hæredes compelluntur ad executionem per epiſcopum, c. ſi hæredes, de teſtament. Sed pertinétne (dices) iſta teſtamentorum cognitio ad epiſcopos, contra ſanctionem, l. conſulta diualia, C. de teſtament. Reſpondeo: Publicationem & cognitionem ſolemnitatis teſtamentariæ fatentur ad forum ciuile prorſus pertinere. Sed defenſionem atque exequendi curam vendicant ſibi eccleſiaſtici, glo. in d. c. ſi hæredes, per c. Ioannes, de teſtamen.*

HAERETICVS.

Bona hæreticorum, hoc eſt, illorum, qui cognita Diuini verbi veritate nolunt ab obſtinacia ſua diſcedere: publicantur & confiſcantur, ſiue filios habeant, ſiue non habeant. Nam iure pontificio etiam ijs nihil eſt relinquendum, c. vergentis in ſenium, de hæretic. Leges autem ablata hæreticis bona concedunt filijs, l. Manichæos, l. cognouimus, C. de hæret.

IV.

IVDEX.

I. *Leges permittunt iudici, vt incidenter etiam de cauſſa eccleſiaſtica cognoſcat, l. quoties, C. de iudici. l. qui non cogitur, ff. eodem titu. l. ſi idem cum eodem, ff. de iuriſdictio. Pontificij verò canones nullo modo concedunt iudici ciuili cognitionem eccleſiaſticæ cauſæ, c. tua, de ordi. iudicio. c. cauſam. Et c. lator, qui filij ſint legitimi.*

II. *Iudex appellationis non poteſt ſecundum leges committere cauſam, reſeruata ſibi ſententia, Authent. ad hæc, C. de iudici. Ius verò canonicum id permittit, c. ſuper quæſtionum, §. intentionis, de offic. delegat.*

III. *Iudex ordinarius ſanctione legum non poteſt recuſari, quamuis alius ſæpè adiungatur, l. 1. C. quand. Impera. inter pupil. & vidu. l. fin. C. de iuriſdictio. omni. iudic. Tractatur in l. apertiſſimi, C. de iudic. Et hæc eſt communis opinio, quam teſtatur Abbas in c. 1. de foro competen. Canones autem permittunt etiam ordinarium ex legitima cauſſa recuſari, c. ſi quis contra clericum, de foro competen. c. cùm ſpeciali, de appellationi.*

IIII. *Iure ciuili poſſunt litigatores ſeſe aperto conſenſu ſubijcere iuriſdictioni alienæ extra forum ſuum, l. 2. in prin. ff. de iudici. l. 1. C. de iuriſdicti. omni. iudic. l. ſi qui ex conſenſu, C. de*

epiſc.

epiſc. audien. Canones autem id vetant, c. ſignificaſti, de foro competen. niſi conſentiat epiſcopus, c. P. & G. de offi. delegat. 4. q. 6. c. non licet.

V. *Iudex datus vt cognoſcat de proprietate, non poteſt ſecundum leges iudicare ſolam poſſeſſionis cauſam, l. ſi de proprietate, C. ſi à non competen. iudic. Iure verò canonico id licet iudici etiam ſimpliciter delegato, c. 1. & c. paſtoralis, de cauſ. poſſeſſ. & proprie. c. 1. de ſequeſtra. poſſeſſ. & fructu.*

VI. *Iudex ordinarius non poteſt eſſe arbiter iure ciuili, l. ſed & ſi in ſeruum, §. ſi quis iudex, ff. de recept. arbit. 3. q. 7. c. tria. Canones autem id permittunt, c. cùm cauſam, de electio. c. cum tempore, de arbit. Vide Nouell. vt different. iudic. §. ſi verò contingit.*

VII. *Iure ciuili poteſt iudex incidenter cognoſcere de cauſſa, quæ alioquin non pertinet ad iuriſdictionem eius, l. quotiens, C. de iudici. l. Adite. C. de ordi. iudicior. l. ſi idem, ff. de iuriſdictio. Et l. qui non cogitur, ff. de iudici. At canones vetant eum de cauſſa eccleſiaſtica cognoſcere, c. tuam, de ordi. cogni. c. cauſam, 1. qui filij ſint legitimi.*

VIII. *Iudex poteſt ſententiam interlocutoriam reuocare, etiam poſt decem dies, præſertim, quæ continet præceptum de dando aut reſtituendo,*

l. quod

l.quod iuſſit,ff. de re iudicata. Canones autem liberius permittunt reuocationem ſententiæ,c. cùm ceſſante,de appellationi.

Iudex differens cauſam prætextu alicuius dubitationis,quæ tamen nulla eſt : punitur ſecundum legum ſanctionem infamia, & 30.libris auri,l.eum quem temerè,§. 1. ff. de iudici. Nouell. de iudicibus. Et l.vltim. C. de pœn. iudic.qui malè iudica. Nouell. vt litigan. in exordi.litis iur. §.ſi quis autem. Iure autem pontificio ſuſpenditur talis iudex per annum ab officio,c.1.de ſenten. & re iudicata,lib.6. Notatur in c.intimaſti, de appellati. poſt gloſſ. vltimam. Profectò, ſi quis à ſingulis iudicibus, qui cauſam differunt, vnum exigat aureum (abſit à bonis macula) is nónne fuerit diuitias Crœſi ſuperaturus? IX.

INDVCIAE.

Ius ciuile concedit viginti dies in iudicijs,ad deliberandum reo conuento,3.q.3.c. offeratur. Iure autem canonico nullum tempus eſt diffinitum,ſed relinquitur iudicis arbitrio,c. dilectus, de procurato.c.cùm ſit Romana, de appellatio. c.quoniam frequenter,§.ſi verò,vt lit. non conteſtat.

INTERDICTVM.

Interdictum recuperandæ poſſeſſionis ſecundum leges non competit, niſi aduerſus deijcientem,

tem, vel eum, qui deijci mandauit, vel qui ſaltem ratum habuit, l. cùm à te, ff. de vi & vi armata. Canones verò aduerſus quemcunque poſſeſſorem rei ereptæ concedunt, c. cùm dilectus, de ordi. cognitio. c. ſæpè, de reſtitut. ſpoliato. 3. q. 1. c. redintegranda.

IVDICIVM.

I. *Facilius admittunt canones iudicium ſine ordine ſolenni, quàm leges, l. prolatam, C. de ſenten. & interlocutio. omni. iudici. Et l. ſi abſentem, C. de accuſatio. c. veſtra. Et c. tua nos, de cohabita. clericorum & mulie.*

II. *Iudicijs exercendis præſcriptum eſt triennium, tempus certè ſufficiens cauſſarum cognitionibus, l. properandum, C. de iudici. Incipit enim à die litis conteſtatæ, & finito triennio perit iuris poteſtate inſtantia. Canones verò non videntur iſtam præſcriptionē recipere, multò minus mos valde pernitioſus, c. venerabilis, de iudici.*

III. *Negatiua poſitio, iure ciuili non procedit, quia quæ non poſſunt probari, ea ſine fructu ponuntur, l. actor. C. de probatio. Canones verò admittunt articulum negatiuum, c. ſtatuimus, de confeſſ. libr. 6 vnde videant formularij, quàm ineptè congerant iſtas voces barbaras, vt ex negatiua faciant adfirmatiuam: Eſt præter id & abſque eo quod tradidit. Quid enim*

nim hoc eſt aliud, quam non tradidit? Putáſne rem mutari verborum larua?

Iudicio petitorio pendente, poteſt ante concluſionem actor de adipiſcenda vel recuperanda poſſeſſione experiri permiſſu iuris ciuilis. Quod tamen canones variant, in c. paſtoralis, de cauſ. poſſeſſio. Et in c. ſignificauerunt, de teſtibus. IIII.

Iudicium criminale nunquam procedit aduerſus abſentem, ad receptionem teſtium, lite non conteſtata: excepto crimine apparitoris, l. ne diu, C. de pœn. l. 2. C. de requiren. reis. At canones permittunt recipi teſtes, tum in crimine, tum in electione & reſtitutione, c. veritatis, de dol. & contumaci. c. quoniam frequenter, §. porrò, vt lite non conteſtata, c. ex tua, de clericis non reſidentibus, 3. quæſt. 9. c. decernimus. V.

IVRAMENTVM.

Iuramentum non ſemper infamat non ſeruantem, l. 2. C. de rebus credit l. 2. ff. de crimi. ſtellio. præſertim, ſi neminem lædat, vt tractatur in l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus. Pontificio autem iure iuramentum infamat omnibus modis, 6. q. 1. c. quoties.

IMPVBES.

Iure ciuili non admittitur impubes ad iurandũ, quia neſcit in ea ætate, quid faciat, nec myſterium

ſterium iuriſiurandi intelligit, l. qui iuraſſe, ff. de iureiurand. l. 1. C. de falſ. modo. Canones autem facilius admittunt delicta in pueris, c. 1. de delict. puerorum, vide. l. cùm autem, §. excipitur, ff. de ædili edict.

INSTRVMENTVM.

Nomen Imperatoris proponitur inſtrumentis iure ciuili, Nouell. vt præponat. nomen Imperat. Canones verò nomen pontificis Romani præferunt. Quod & conſuetudo videtur amplexa.

LVDVS.

I. Ludum aleatorum leges permittunt in conuiuio veſcendi cauſſa, l. fi. ff. de aleato. Noxium tamen prohibent, l. nam ludus, ff. ad legem Aquil. At iure canonico, ludus omninò prohibetur, præſertim clericis, c. inter dilectos, de exceſſib. prælato. c. commeſſationes, 44. diſtinct. vbi conuiuijs quoque eccleſiaſticis interdicitur.

II. Pancration certaminis genus, quod aduocatis omnibus corporis viribus expediebatur, atq; alia id genus exercitamenta, iure ciuili probantur: quò magis iuuentus ad militias Reipublicæ cauſſa ſuſcipiendas præparetur. Vnde Pancratium dictus eſt locus, in quo athletæ exercitabantur, l. ſolent, & l. ſeq. ff. de aleatoribus, l. qua actione, §. ſi quis. ff. ad legem Aquil. Canones verò deteſtantur huiuſmodi certamina, & appel-

pellant torneamēta, à vulgari voce, Tornieren, c.1. de torneament. c.1. de ſagittari.

LEGATVS.

Legatus Principis ad prouinciam aliquam deſtinatus, viuere debet ſumptu fiſci Imperatorij, Nouell. vt null. iudic. §. nulli. Et de mandat. princi. §. illud tamen. At legati Pontificis procurationibus aluntur, c. accedentes, de præſcriptio. c. cùm inſtantia, & c. procurationes, de cenſibus. I.

LIBELLVS FAmoſus.

Libellum famoſum ſcribens aduerſus innocentem, conuictus plectitur capite ſecundum leges, l. ſi quis famoſum, C. de famoſ. libell. l. ob carmen, ff. de pœn. At canonicum ius iubet eum verberari ſeu flagellari, 5. quæſt. 1. c. qui in alterius. Quid autem merentur qui diffamant proximũ ſine ſcripto quadam æmulatione aut ſtulta, aut perfida? De hoc alibi dicemus ex. l. diffamari, C. de ingenu. manumiſſ. I.

MVLIER.

Ius ciuile non vetat mulierem teſtimonium I.

dicere, præterquàm in teſtamento, l. qui teſtamento, §. mulier, ff. qui teſtament. facere poſſ. & 15 quæſt. 5. c. de crimine, & quæſt. 3. c. ex eo. Iure verò pontificio in criminibus nullo modo admittuntur, c. tam literis, & c. ſuper eo, de teſtibus, 23. q. 5. c. mulierem, c. forus, de verborum ſignificat.

II. *Mulier nubens & contrahens ſecundas nuptias intra annum luctus, notatur infamia, & punitur, Nouell. de reſtitu. & ea quæ par. §. fin. l. 1. C. de ſecundis nupt. l. conſenſu, §. ſi vero, C. de repudi. l. liberorum, §. 1 ff. de his qui notantur infam. Ius verò pontificium abſoluit eam à tali pœna, ſi intra annum nupſerit, c. penult. et c. fin. de ſecundis nupt.*

III. *Mulier arbitri officio, aliiſue publicis muneribus fungi non poteſt ſecundum leges, l. 2. ff. de re iudicata. Imò nec ad quaſi publicum officium tutelæ admittitur, niſi & Velleiano ſenatuſconſulto, & ſecundis nuptiis renunciauerit, Nouell. de hæredi. quæ ab inteſta. deferunt, §. ex his. Sed iura canonica admittunt fœminam, ſicut etiam conſuetudine videmus Imperia quædam eſſe muliebria, c. dilecti, de arbit. c. cùm dilecta, de confirmatio.*

IIII. *Mulier non admittitur ad munus procuratorium in iudiciis, l. alienam, C. de procurato. l.*

ro. l. 2. ff. de regulis iuris. Iure verò pontificio non ſimpliciter repellitur, admittenda, ſi authoritate ſuperioris conſtituatur, c. cùm dilecta, de confirmati. vtil. vel inutil. 12. quæſt. 2. c. cùm deuotiſſimam.

Mulier rapta non poteſt nubere raptori iure ciuili, l. 1. § ſin autem, C. de rapt. virgi. Canones quoque veteres non admittebant tale coniugium, 36. q. 2. c. de puellis, c. ſi autẽ, & c. placuit. Recentior autem pontificum conſtitutio permittit, c. penulti. de raptori. 36. q. 2. c. denique, & c. tua. V.

In paucis admodum caſibus leges admittunt mulierem ad accuſandum criminaliter, quamuis à teſtimonio eam non arceant, præterquàm in teſtamentis, 15. q. 3. c. de crimine. Canones verò aliter diffiniunt, c. de cætero, de teſtibus. VI.

MATRIMONIVM.

Qui vnà cohabitant, vir & mulier, hi præſumuntur iure ciuili contraxiſſe nuptias, l. in liberæ, ff. de rit. nuptia. Pontifices autem cenſent potius fornicationem eſſe, niſi doceatur nuptiarum ſolemnitas, 30. q. 5. c. aliter. Et c. illud quoque, de præſumptionibus. I.

II. Tradunt nonnulli, iure canonico non requiri neceſſariò conſenſum parentis in contrahendo matrimonio, quanquam leges id exigunt, l. nec filiam, C. de nupti. l. nuptiæ, ff. de rit. nupti. iunctꝰ c. 1. 27. quæſt. 1. Sed non rectè diſcernunt inter regulas ſummi iuris, & æquitatem, ſecundum quam nihil diſcrepant lex & canon.

III. Inter ſeruum & ancillam iure ciuili non eſt matrimonium, ſed contubernium, l. cum ancillis, C. de nupti. Verùm canones non diſtinguunt in hoc liberum à ſeruo, c. 1. de coniugi. ſeruorum.

IIII. Matrimonium exiſtimant Doctores diffiniendum authoritate canonum, non verò iuris ciuilis, 2. q. 2. c. Hinc diſtinguendo.

V. Si matrimonio per verba præſentis conſenſus ligato intra perfectam ætatem, maritus cognouerit puellam in domo patris antea, quam domum duxerit, et mox decedat alteruter coniugum, tunc locum habent omnia pacta dotalia perinde, ac ſi cohabitauerint, l. Præfectus, ff. de rit. nupti. l. fin. ff. de legat. 1. argum. l. 2. ff. de priuilegi. credito.

VI. Eadem ratione, ſi præſenti (vt dictum eſt) conſenſu matrimonio contracto, necdum ſecuta carnis copula, moriatur alteruter: habent locum

cum pacta lucri dotalis, iuxta regulam l. nihil, ff. rerum amotarum. Et l. nuptias. ff. de regulis iuris, l. Deo nobis, C. de epiſc. & cler.

Sed quid de ſponſo dicendum? Lucrabitúrne partem dotis mortuæ coniugis futuræ? Reſpondeo: Minimè. l. non ſine, C. de bonis quæ liber. accedit, l. falſus tutor, §. Iulianus tractat. ff. quod falſ. tuto. author.

VII. *Vt contrahat inuitus filius matrimonium, compelli à parente non poteſt iure ciuili. Filia verò tenetur obſequi parentibus, niſi maritum prorſus indignum obtrudere voluerint, l. filiofamilias, ff. de ſponſalibus. At iure canonico requiritur ſemper conſenſus tam filij, quam filiæ, c. cùm locum, c. requiſiuit, de ſponſal. c. 1. de deſponſat. impuber. 27. q. 2. c. ſufficiat.*

MANDATA, SEV (VT dicunt) Delegata iuriſdictio.

I. *Iure ciuili non licet committere cauſſas, niſi conſiliarijs, quorum fides eſt explorata, Nouell. de iudicibus, §. ſi quis autē. Pontifices hodie videmus ſine delectu perſonarū (modò ſint prælati) mandare iuriſdictionem, c. paſtoralis officij, §. item cùm totum, de offi. delegat.*

II. *Mandata iuriſdictio finitur morte mandantis ſecundum leges, niſi lis ſit conteſtata, l. & quia. ff. de iuriſdictio. l. amplius. ff. rem ratam haber. Nouell. de litigioſ. §. omnem. Canones verò ſola citatione perpetuant delegatam iuriſdictionem, c. relatum, c. gratum, & c. licet, de offici. delegat. Modò tamen citatio processerit ad executionem ante mortem mandantis, c. vlti. §. 1. de offi. legat.*

III. *Delegatus ab ordinario iudice, ſententiam quidem dicet, ſed non poteſt eam ciuili iure exequi ſine ſpeciali conceſſione, quoniam executio pertinet ad ordinariam iuriſdictionem, ſicut & miſſio in poſſeſſionem bonorum, l. à diuo Pio, in princip. ff. de re iudicata, l. iubere. ff. de iuriſdictio. Ius verò pontificium executionem quoque permittere videtur in c. præterea, & c. ſuſpicionis, de offic. delegat. gloſſ. in c. ſi quos contra, de foro competen. verb. ipſius ſolicitudine.*

IIII. *Lex ciuilis optima ratione vult, non aliter mandari cauſam, niſi iudex ipſe audiat apud ſe litem conteſtari, et dicat ſententiam. Reliquam enim functionem cognoſcendi, propter legitimas occupationes, melius eſt alij committere, quàm negligenter tractare, Nouell. vt defunct. ſeu fune. cor. §. illud. Et de exhibend. reis, §. ſi verò. Pon-*

rò. Pontificij autem canones permittunt totam cauſam, principium, medium, & finem committi, c. ſuper quæſtionum, §. intentionis, de offic. delegat.

Si delegatus rurſus committat alij cauſam (ſic enim in leuit, vt libenter omnia per ſubſtitutum expediamus, & ne proximi onus digito attingendo grauemur) tunc iure pontificio diſtinguitur, vtrum totam cauſam ſubdelegauerit, vt appelletur ad primum delegantem: an verò partem aliquam, vt illo caſu ad delegatum poſteriorem prouocetur, c. ſuper quæſtionum, §. porrò, de offic. delegat. Iure autem ciuili indiſtinctè appellatur ad delegantem, l. 1. C. qui pro ſua iuriſdictio. Ratio eſt: quia licet iudex mandet iuriſdictionem, cenſetur tamen retinere originariam magiſtratus poteſtatem, commiſſo duntaxat exercitio, quod arbitratu ſuo reuocat, l. 1. §. vlt. ff. de offi. eius cui mandata eſt iuriſdictio, l. more, & l. quia, ff. de iuriſdictio. l. iudicium ſoluitur. ff. de iudic. V.

Meri imperij nulla eſt delegatio iure ciuili, propter magnitudinem rei, l. 1. ff. de offi. eius, cui mandata eſt iuriſdictio. Ea quoq; non mandantur, quæ officio iudicis ſpecialem cognitionem deſiderant, l. nec quidquam, ff. de offic. proconſ. & legat. Quod autem iure ciuili non VI.

delegentur ea, quæ meri ſunt imperij, probat Abbas in c. ſi quis contra, in fin. de foro competent. per Authent. ei qui iurat. C. de bon. authori. iudic. poſſiden. l. properandum, C. de iudici. dum dicit: Siue ipſe iudex ex ſua iuriſdictione hoc facere poteſt, ſiue per relationem ad maiorem iudicem, Authent. qui ſemel, C. quomodo & quando iud. vbi delegatus à principe tantùm citat per edictum, non inferior. Iure canonico diuerſum eſt, c. licet, de offici. vica. lib. 6. Clem. 1. de hæretic. c. cùm veniſſent, de eo, qui mittitur in poſſeſſ. c. ex literis, de offic. delegat. vbi iudex delegatus poteſt mandare executionem ſententiæ, c. quod ad ſedem Apoſtolicam, de offici. ordinari. c. in archiepiſcopatu, de raptoribus, 23. quæſt. 4. c. illud, & 2. q. 7. c. ſicut, c. ad hoc, de offic. ordinari. Quanquam & in hoc poſtea ius ciuile nonnihil variauit, l. ſolent, ff. de offic. conſul. Nouell. de collatoribus, §. ad hoc prohibemus.

VII. *Iudex ordinarius ſecundum leges non poteſt committere cauſſas, niſi medias, hoc eſt, trecentorum aureorum, l. placet, C. de peda. iudicibus. Pontificium verò ius indiſtinctè permittit delegationem, c. paſtoralis, in princ. de offici. delegat.*

VIII. *Iure ciuili, iudex cui mandata eſt iuriſdictio, ſi ex*

ſi ex cauſſa ſuſpicionis recuſetur, compellet litigatores, vt eligant arbitros, apud quos tum ſuſpicio, tum cauſa cognoſcatur, l. apertiſſimi. Et l. cùm ſpeciali. C. de iudici. Pontificio autem iure ſic ſtatuitur. Ad diſcutiendam ſuſpicionis cauſam eliguntur arbitri, qui vbi viderint allegatam recuſationem non probari, remittent cognitionem cauſæ ad delegatum iudicem. Sin autem fuerit vera, tunc rurſus, ſi iudex recuſatus eſt ordinarius: is coget litigatores ad eligendos in principali cauſſa arbitros, vel (ſi talem viderit qualitatem eius) remittet totam cognitionem ad ſuperiorem magiſtratum. Delegatus autem, nullo modo, præterquàm ſuſpicionis gratia, poteſt ad arbitrium vrgere, quoniam iuriſdictio eius eſt ſuſpenſa, c. reprehenſibilis, c. cùm ſpeciali, & c. ſecundò requiris, de appellationi.

Iure canonico non eſt neceſſarium probari cauſam ſuſpicionis, ſed tam ordinarius, quàm delegatus ſola allegantis fide poteſt propter ſuſpicionem conceptam recuſari. Ita tamen, ſi legitimam adferat cauſam, & iureiurando confirmet, ſe non calumniandi animo iudicem recuſare. Sic enim malo dicere, quàm gloſſ. quæ nec cauſam putat exprimendam, in l. quia poterat, ff. ad ſenatuſconſultum Trebell. Et in l. IX.

item ſi ſuſpectus. ff. de procur. Leges autem tam ſimplicem recuſantis allegationem non admittunt, vt paulò antè probatum eſt, glo. in c. ſecundò requiris, de appellatio. Abbas in c. 1. de foro competen.

MAGISTRATVS.

I. *Spurij non prohibentur iure ciuili ad decurionatum vel honores eligi, l. ſpurij, in princ. & l. generaliter, ff. de decurioni. At canones diuerſum ſtatuunt, diſtinct. 6. c. 1. & 2.*

II. *Magiſtratus ciuilis habet executionem gladij, l. imperium ff. de iuriſdictio. l. illicitas, §. qui vniuerſas, ff. de offi. præſi. Canonicus autem magiſtratus non habet gladium, 33. q. 2. c. inter.*

PATER ET FILIVS.

I. *Iudicium inter parentem & liberos in poteſtate, ius ciuile non facilè admittit, niſi in cauſa caſtrenſis, vel quaſi caſtrenſis peculij, l. lis nulla, ff. de iudi l. ſi quis vxori, in princ. ff. de furt. Emancipati quoque non aliter poſſunt agere, niſi impetrata venia, l. ſi. C. de in ius vocan. Actione famoſa nullo modo aduerſus parentes, ſed dun-*

duntaxat actione in factum poſſunt experiri, l. ſi ſuperſtite, C. de dol. mal. At pontificium ius, ſicut etiam tyrannus mos noſtri ſeculi, laxius indulget liberis poteſtatem agendi aduerſus parentes, 2. q. 7. c. quaeritur. Et 2. q. 1. c. prohibentur. Vide l. 2. C. de patri. poteſtat.

Parentes poſſunt teſtimonium dare pro filijs, quatenus ad rationem ſanguinis attinet, c. ſuper eo, de teſtibus. Leges verò non admittunt vllam parentis pro filio teſtificationem, l. parentis, C. eodem tit. II.

Filiifamiliarum regulariter non poſſunt ſine conſenſu parentum eſſe in iudicio, & ne quidem propter peculium caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe, l. cùm nòn ſolùm, §. neceſſitatem, C. de bon. quae liber. In eccleſiaſticis verò rebus diuerſum eſt, c. accedens, de procuratori. III.

Sanctione legum patria poteſtas durat per omnem aetatem filij non emancipati. Authoritas verò pontificij iuris ſoluit eam poſt adultam aetatem, vt contrahere poſſit matrimonium: eccleſiaſtica ſuſcipere officia, & iuramenta praeſtare, 22. quaeſt. 2. c. puella, 23. quaeſt. 3. c. tribus, vnde & voti libertatem canones dant, quam leges negant filijsfamiliarum, l. 2. §. voto, ff. de pollicitat. 32. q. 2. c. honoratur, glo. in l. Deo nobis, C. de epiſc. & cler. IIII.

Filijs

V. *Filijs illegitimis, quos ſpurios appellamus ſecundum leges poſſunt alimenta negari, Authent. ex complexu, C. de inceſt. nupti. Authent. licet patri, C. de naturali. liber. At ius canonicum iubet illis alimenta ſuppeditari, c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, c. cùm haberet, de eo qui duxit in matrimonium quam polluit.*

VI. *Liberi in poteſtate parentum non obligantur votis ſuis, ſicut nec impuberes, l. viduæ, C. de nupti. 32 quæſt. 2. c. mulier. Quo loco (mulier) accipitur pro impubere, alias tamen ſignificat virginem, l. mulieris, ff. de verborum ſignificat. aliàs corruptam, l. alioquin, §. 1. ff. de contrahen. emptio. Canones autem obligant pueros doli capaces, c. 1. de delict. puerorum.*

POTESTAS PATRIA.

Poteſtatem patriam ſoluit patriciatus dignitas, non autem tituli ſeu ordines (vt vocant) eccleſiaſtici. §. filiusfamiliàs, Inſtit. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluit. Authent. presbyteros, C. de epiſcop. & cleri. Verùm pontificio iure tituli eccleſiaſtici tollunt patriam poteſtatem. c. per venerabilem, in princ. qui filij ſint legitimi,

gitimi, c. cum voluntate, §. vlti. de ſent. excommunica. glo. adſerit hoc cenſeri verius in c. indecorum, de æta. & qualitat.

PRAESCRIPTIO.

Præſcriptio, hoc eſt, exceptio longi & longiſſimi temporis, differt legum ſanctione, l. diutina. C. de præſcription. longi temporis, l. vltim. C. de vſucapion. pro hæred. At canones non diſtinguunt iſta tempora, quatenus ad tituli rationem attinet. Volunt enim vtrobique probari cauſam poſſeſſionis, c. dudum, de decim. c. ſi diligenti, de præſcriptionibus, c. licet, de probationibus.

POSSESSIO.

Qui ſe offert liti, perinde condemnatur, ac ſi poſſideret, legum ſanctione, l. is qui ſe. ff. de rei vindicat. l. qui ſe liti, ff. de petit. hæredita. l. parem, ff. de regulis iuris. Verùm canones id non recipiunt, 16. q. 6. c. Et ne ſi epiſcopum, c. eccleſiam, vt lit. pendent.

PROCVRATOR.

1. *Quod meo nomine geſtum non eſt, id ratum habere*

habere non poſſum, ex legum ſanctione, l. ſi vi à me. ff. de vi & vi armata, argum. à contrario ſenſu, l. item ſi cùm putaui. §. atqui alienum, ff. negocio. geſtor. Ius verò canonicum permittit haberi ratum ab eo, cuius nomine geſtum non eſt, 16. q. 1. c. vlt. c. 3. de his quæ fiunt.

II. *Significatio ſyndici, actoris, œconomi, procuratoris, diſcernitur iure ciuili, Inſtitut. de ſatiſdat. tutor. §. fin. & l. 1. ff de procurato. l. munerum, §. defenſores ff. de mun. & honorib. l. iubemus, C. de ſacroſan. eccle. Canones autem iſta promiſcuè accipiunt, c. petitio veſtra, & c. in cauſſis, de procurato.*

III. *Procurator propter infamiam non poteſt repelli ſecundum leges, Inſtit. de exception. §. fi. Canones verò tales non admittunt, c. Imperatorum, in fin. de iurament. calum, 5. q. 3. c. quia epiſcopi. Et 3. q. 7. c. 1. & c. infames.*

PATRIA.

I. *Boni ciues tenentur patriam defendere, cui debent omnia, l. 1. C. vnde vi. 23. quæſt. 2. c. dominus noſter. At clerici prohibentur iure canonico arma ſumere, c. ex multa, de vot. Et diſtin. 1. c. clericum qui paganum. Notatur in c. ſuſcepimus, de homicid.*

POENA.

POENA.

Nulla pœna iure ciuili excedit quadruplum, §. omnes autem actiones, Inſtit. de actionib. Iure verò canonico aliter eſt. 17. q. 4. c. quiſquis, & 12. q. 2. c. cùm deuotiſſimam. I.

Pœnarum rigorem ius ciuile exigit, ad retinendam in Republica diſciplinam, l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, l. 2. §. ſi quis, ff. ſi quis in ius vocat. non ier. Canones autem nonnihil remittunt, c. ſæpè, de reſtitut. ſpolia. c. 1. de dol. & contuma. II.

Si quis promittat aliquid dare ſub pœna, is ſi vel partem non det, tenebitur iure ciuili ad totam pœnam, l. heredes, §. in illa, ff. famil. herciſcund. l. ſtipulationum, §. fin. ff. de verborum obligatio. l. ſi ſeruus, §. ſi plurium, ff. ſi quis cautionibus. Iure autem pontificio poteſt aduerſus exigentem pœnam opponi exceptio, c. ſuam, de pœnis. III.

Sicut promiſſio pœnæ non valet in contractu matrimonij, ita nec arrarum, iure pontificio, c. gemma, de ſponſalibus, c. inter corporalia, de tranſactio. Leges verò pœnam reprobant, arram non æquè, l. Titia, §. idem reſpondit, ff. de verborum obligat. l. fin. C. de ſponſalibus. IIII.

Pœna mortis, vel abſciſio membrorum permittitur Magiſtratibus ciuilibus. Nec tale imperium V.

perium alij (excepta abſentiæ cauſſa) poteſt demandari ſecundum leges, l. ſolent, ff. de offic. proconſul. Et l. 1. ff. de offi. eius, cui mandata eſt iuriſdictio. Canones verò omni ſanguinis vltione interdicunt clericis, c. in archiepiſcopatu, de raptori. c. 1. de homicid.

PATRONVS.

I. *Patronus laicus præſentans indignum, non priuatur iure ſuo, nec præſentatio deuoluitur ad ſuperiorem. In clerico autem patrono, qui ſic præſentat, diuerſum ius eſt, c. cùm nobis, de offi. ordinari. c. cùm in cunctis, de electio. Vide Nouell. de ſanctiſſ. epiſc. §. ſi quis.*

RESTITVTIO.

I. *Ius ciuile non reſtituit eccleſiam aduerſus libertatem, ſicut nec minorem, l. ſi ex cauſſa, §. Pomponius ait, ff. de minoribus, l. 1. C. ſi aduerſ. liberta. Aequiparat enim eccleſiam & minorem, l. fin. C. de ſacroſan. eccleſ. Pontificia verò decreta reſtituunt eccleſiam aduerſus libertatem, 12. q. 2. c. & ſi illi.*

II. *Reuerſis poſtliminio conceditur reſciſoria actio intra quadriennium, §. rurſus, Inſtit.*

de actio-

de actioni.l.fin. C.de in integrum reſtitutio. Iure verò pontificio non currit præſcriptio vlla aduerſus captos ab hoſtibus, 16. quæſt. 3. c.prima actio.

Lege ciuili videtur probari, quòd eccleſia reſtituatur aduerſus præſcriptionem, quoniam æquiparatur Reipublicæ & minori, l.fin. C. de ſacroſan.eccle.iunct.l.Reſpublica, C.ex quibus cauſis maior. Verùm ius pontificium non ſubuenit eccleſiis aduerſus præſcriptiones, glo. in c. auditis, de in integrum reſtit.16. quæſt. 3. c. placuit. III.

Pendente quæſtione, vtrum reſtitui quis debeat, iure ciuili nihil eſt innouandum, vt C. nil noua. in integ. reſtitu. penden. Pontificiis autem decretis, ſententia priùs dicta mandabitur executioni, accepta cautione, quòd ſi reſtitutionem habere locum conſtiterit, vt tum omnia retrò mandentur, c.ſciſcitata, de in integrum reſtitutio. IIII.

SPONSALIA.

Arrhæ ſponſaliorum nomine dari ſolitæ, non poſſunt repeti iure ciuili, quando nulla eſt cauſa renunciandi matrimonij, l.ſi. C. de ſponſalibus, l.Titia.ff.de verborum obligationibus, l. 2 ff.de inutil.ſtipulation. Pontificio autem iure diuerſum eſt, c.gemma, de ſponſal.

SEQVESTRATIO.

Canones ſæpè permittunt ſequeſtrationem, quam ius ciuile prohibet. c. ex literis, de dol. & contuma. l. 1. C. de probi. ſequeſtra.

SENTENTIA.

I. *Ius ciuile vetat dici ſententiam diffinitiuam ante litis conteſtationem, niſi in cauſſa appellationis, l. vltim. §. Illud, C. de appellatio. Sed canones in cauſſa matrimonij coniungendi, permittunt ſic pronunciari, ſicut & in electionibus, c. 1. & c. quoniam, §. porrò, vt lit. non conteſtat.*

II. *Sententia vtrum in perſonam domini, an in perſonam procuratoris concipiatur, refert iure ciuili, l. 1. C. de ſententi. & interlocut. omni. iudic. Verùm canones non obſeruant iſtam pronunciandi differentiam, c. licet cauſam, in fin. & c. ſciſcitata, de in integrum reſtitutio. c. Sopita, 2. de cenſibus, c. in noſtra, de ſepultu.*

SEPVLTVRA.

Lex ciuilis iubet corpora mortuorum ſepeliri extra ciuitatem, l. mortuorum, C. de religioſ. Canones verò ſtatuunt ſepulturas tum in templis, tum in pomerijs eorum, vt in titu. de ſepultu.

SPORTVLAE.

Iudici delegato dantur ſportulæ, ſecundum leges,

leges, ſi enim cauſa ſit centum aut plurium aureorum, in principio dantur duo aurei, & totidem in fine litis, Nouell. de iudici. §. ne autem. Canones verò prohibent prorſus ſportulas, præterquam vt proficiſcenti iudici ſuppeditetur viaticum, c. cùm ab omni, de vit. & honeſta. clericorum, c. ſtatutũ, §. inſuper vt gratis, de reſcript. lib. 6.

SORS.

Sors in ſeſe nihil habet, quod turpitudinem pariat, niſi abuſu corrumpatur. Itaque iure ciuili multis modis poteſt videri licita & vtilis, l. cùm prætor, l. ſed cùm ambo. ff. de iudic. l. ex eo, ff. de teſtamen. 36. quæſt. 2. c. ſors, et c. hi qui, diſtinct. 25 c. qualis, 15. quæſt. 3. c. de crimine, l. ſi qui ſunt, ff. famil. herciſcund. l. ſi duobus, in princ. C. commu. de legat. Canones autem recentiores ſortem ſimpliciter prohibent, c. fin. de ſortile.

STIPVLATIO.

Canones admittunt hanc ſtipulationem: Promittis mihi, daturum te Titio decem? maximè ſi iuramentum addatur a promiſſore, 22. q. 5. c. iuramenti, & 1. quæſt. 7. c. quoties credis. Legibus autem non probatur talis forma, l. ſtipulatio iſta, §. alteri. ff. de verborum obligat. Inſtitut. de inutil. ſtipulatio. §. alteri. niſi ſit

ſeruus, vel procurator alterius, qui ſtipulatur, l. ſi procuratori præſentis, ff. de verborum obligation.

TESTIS.

I. *Teſtes, vt veritati patrocinentur, iure ciuili poſſunt cogi legitimis remedijs, l. ſi quod, & Authent. ſed hodie, C. de teſtibus. Canones verò non ita vrgent teſtes, niſi odio vel gratia alterutrius partis ſeſe ſubtraxerint, c. ſuper eo, & c. dilectorum, de teſtibus cogend.*

II. *Apertis teſtimonijs permittunt canones probari nouos articulos per teſtes, c. ex tenore, & c. veniens, de teſtibus, c. cùm Ioannes, de fid. inſtrumen. Leges autem id vetant, ſicut ibidem tractatur.*

III. *Iure pontificio ſæpè creditur vni teſti, ſæpè item ijs, qui non, niſi quod ab alijs audiuerint, cauſam ſcientiæ adferunt, creditur, quoties nullum vertitur alterius præiudicium, c. quoties, et c. licet, de probationi. de conſecrati. diſtinct. 4. c. paruulos, & c. cùm itaque. Leges verò nolunt credi dicto vnius teſtis, l. iuriſiurandi, C. de teſtibus.*

IIII. *Publicatis teſtium dictis, non poſſunt illi ipſi in cauſſa appellationis recipi ſuper ijſdem articulis, c. fraternitatem, de teſtibus. Clem. teſtibus, eod. titu. Iure autem ciuili admittuntur, l.*

eos, §. 1. C. de appellationi. l. per hanc, C. de tempori. appellatio.

Ob crimen nemo ſecundum leges à teſtimonio repellitur, niſi damnatus, l. 3. §. lex Iulia, de teſtibus, l. athletas, §. calumniator, ff. de his qui notantur infam. Iure verò pontificio non admittuntur illi, quorum crimen poſſit oſtendi, tametſi non antea iudicatum, c. ſuper eo, & c. teſtimonium, de teſtibus. V.

Teſtes inuiti non poſſunt iure canonico compelli, vt teſtimonium dicant, exceptis quibuſdam caſibus, c. delictorum, de teſtibus cogend. Sed iure ciuili teſtes regulariter in omnibus cauſſis cogi poſſunt ad veritatis patrociniū, niſi ſint perſonæ legitima ratione exemptæ, l. lege Iulia, & l. inuiti, ff. de teſtibus. VI.

TESTAMENTVM.

Legatum rei alienæ in teſtamento valet nonnunquam, ſi aut à ſciente, aut etiam ab ignorante teſtatore cognato relictum fuerit, l. cùm alienam, C. de legat. Inſtitu. eodem titu. §. non ſolùm, & §. quod autem. Iure verò pontificio legatum alienæ rei non valet, c. filius noſter, de teſtamen. 12. q. 2. c. ſi epiſcopus. I.

Teſtamentorum ſolemnitatem ſeptem teſtibus conſtare volunt leges, vt occurratur fraudibus, quas contra vltimas ac nunquam redi- II.

turas voluntates multi propter ventrem admitterent. Codicillis quinque teſtes ordinarunt, l. hac conſultiſſima, l. ſi vnus, & l. vltim. C. de teſtament. l. fin. C. de codicill. Ius autem canonicũ in relictis ad pias cauſſas remiſit hunc teſtium numerum, vt duo vel tres ſufficiant apud parochum, c. cùm eſſes, de teſtament. vbi citatur locus Deuteronom. 17.

III. *Inſtitutiones, quæ conferuntur in arbitrium alterius, iure ciuili non valent, l. illa inſtitutio, l. ſi quis Sempronium, & l. captatorias, ff. de hæredibus inſtituend. l. captatorias, C. de militari teſtamen. Et l. captatorias, ff. de lega. 1. Iure autem pontificio, ſi quis in teſtamento committat bona ſua arbitrio alterius: videtur fidei eius commiſiſſe, vt ad pietatem bona relicta diſtribuat, ideoq; non cenſetur inteſtatus deccedere, c. cùm inter, de teſtamen.*

VSVRAE.

Vſuras permittunt leges, titu. ff. & C. de vſur. Canones verò prohibent, c. 3. eodem titu. Vtimur re ipſa hoc tempore non minus, quàm olim, nominis autem (neſcio qua ratione) nos pudet.

VSVCAPIO.

I. *Leges in initio vſucapionis duntaxat exigunt bonam fidem, l. 1. §. hoc tantummodò, C. de vſu-*

vſucapi. transfor. Longiſſimo autem tempore triginta & 40. annorum, elapſo, non quæritur amplius de bona fide: multò minus, ſi nulla extet hominum memoria, quando cœperit poſſeſſio, l. fin. C. de præſcription. long. tempor. l 1. C. de annal. exceptio. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqu. & aqu. pluui. arcend. Canones autem ſemper requirunt bonam fidem, c. vigilanti, de præſcriptio. 34. quæſt. 2. c. ſi virgo, c. poſſeſſor, de regulis iuris. Sed ſi præſcriptionem diſcernas ab vſucapione, nulla erit diuerſitas inter leges & canones ipſo rei effectu.

Qui conuentus in iudicio per litis conteſtationem incipit habere malam fidem, is poſtea manens in poſſeſſione, vſucapit iure ciuili, l. fin. C. de præſcript. triginta annorum. Canones verò hunc ab vſucapione repellunt, c. quoniam, de præſcriptionibus. II.

Seruitutes & iura, quæ continuam non habent cauſam, requirunt duplicatum tempus, & tantum (vt pleriſque placet) cuius memoria non extet, l. fin. C. de ſeruitut. l. ſi. ſic conſtituta, ff. quemadmodum ſeruitut. amittan. l. 1. in fin. ff. de aq. & aqu. plu. arcend. Iure verò pontificio in omnibus æquè iuribus procedit præſcriptio 40. annorum, c. de quarta, de præſcription. c. cùm eccleſia, de cauſ. poſſeſſ. III.

IIII. *Vſucapio procedit tam hæredi, quàm alijs ſucceſſoribus, etiamſi teſtatores intellexerint rem eſſe alienam, §. diutina, Inſtitut de vſucapio. Iure canonico non æquè, c. fin. de præſcriptio.*

VNIVERSITAS.

I. *Iure ciuili vniuerſitas non dat procuratorem, ſed ſingularis perſona, l. 2. ff. de procurato. vnde qui nomine vniuerſitatis interuenit, is actor ſiue ſyndicus dici ſolet, l. 1. §. quibus autem permiſſum, ff. quod cuiuſcunque vniuerſi. nomi. Ius autem pontificium appellatione procuratoris comprahendit omnes, c. in pertractandis, & c. Imperatores, de iuramen. calum. Cæterùm Nouell. de ſanctiſſi. epiſco. §. ſi quando, non videtur hæc differentia obſeruari.*

II. *Adminiſtrator collegij vel vniuerſitatis ciuilis, iurat de calumnia, l. municipes, ff. ad municipa. l. municipibus, ff. de conditionibus & demonſtra. l. 2. §. hac etiam, C. de iurament. calumni. Sed eccleſiaſtica collegia per ſe præſtant, niſi œconomum habeant, c. Imperatorum, de iuramen. calum. c. præſentium, de teſtibus, libr. 6.*

THESES AD CONCILIATIOnem iuris ciuilis & canonici commodæ.

ARBI-

ARBITER.

1. Iuſiurandum in neceſſitate veritati, ſine Dei contemptu, patrocinari poteſt.

2. Nullum ius vult litigatores vrgeri, vt cauſam ſuam apud ſuſpectos iudices perſequantur.

ACTIO.

1. Ius vult exprimi cauſam, ex qua reluceat actio. Quæ demonſtratio quum vbique ſit vice nominis: conſequens eſt, actionem eſſe proponendam, nec vllo iure permitti iudicium ſine actione.

2. Bonus vir ex omni legitima cauſſa vltro fidem ſuam liberare debet, tametſi propter malos oportet formam conſtituere certam, quatenus vrgendi ſint ad obſeruandam conuentionem, l. 1. ff. de pact.

3. Rei effectu non ita multum diſtant commutabilis poſſeſſor, & cuſtos bonorum: vterque enim momentaneus eſt poſſeſſor.

4. Eccleſiaſtici, quos nihil minus quàm lites decet, vno ſtatim libello debent omnes querelas complecti.

ABSENS.

Clericis, ne officium velut quandam ſtationem in eccleſia ſibi cõmiſſam deſerant, non omnis abſentia permittitur.

ACCVSATIO.

1. Impius frater meritò ius ſanguinis amittit.

2. Purgationem ius non vetat, ſed modum & cauſam purgandi diſtinguit.

3. Eccleſiam Dei oportet purioribus conſtare miniſtris, quàm ciuilem Rempublicam.

ACCVSATIO MVtua.

Sicut non ſemper, ita ſæpè admittenda eſt mutua accuſatio ad inſtar mutuæ petitionis.

ACCVSATIONIS PROſecutio.

Longè alia eſt ratio proſequendæ accuſationis, quam intendendæ: priore enim caſu neceſſariò, poſteriore autem temerè videtur ad iudicium venire.

ADFINITAS.

Semper in coniunctionibus non ſolùm quid liceat, conſiderandum eſt, ſed & quod honeſtum eſt, ait Modeſtinus, ff. de rit. nupt.

APPELLATIO.

1. Nullum ius admittit temerariam appellationem, hoc eſt, quæ nullum adfert grauamen de iure & æquitate.

Cau-

2. *Cauſam appellationis ſemper oportet eſſe talem, vt ſi probetur, emendanda ſit ſententia, l.1.ff. de appellatio. & relatio.*

3. *Gradus appellationum, qui impedimentum adferunt expediundæ litis, nulla ratione probantur.*

4. *Puniendum eſſe prouocantem ſine cauſa, omnes Legiſlatores conſentiunt.*

BONA FIDES.

Qui ſine cauſſa dubitat, is ſimilis eſt neſcienti. Nemo autem rem alienam debet cupere dubitando.

CONFISCATIO.

Qui eccleſiam voluerit inſtituere, & filium exhæredare: alium quærat, nõ Auguſtinum conſultorem.

CRIMEN.

1. *Vna eſt omnium peccatorum deformitas, quatenus ad ſimplicem naturæ puritatem attinet.*

2. *Teſtium fidem audire, vt veritas appareat, nullo tempore, quo vrget neceſſitas, prohibetur.*

3. *Quos Deus coniunxit, homo (niſi propter adulterij cauſam) non ſeparabit hoc tempore.*

4. *Iudicium ſicut à liberaliter dante rectè accipitur, ita non eſt à teamoribus exigendum.*

Pecca-

5. Peccatum arguit impietatem, quam nullum ius probat, quatenus tamen ab officijs ciuilibus vrgendus ſit delinquens, neceſſario diſtinguitur.

6. Animus facit homicidam coram Deo, euentus iudici committitur, ad pœnam corporis.

7. Adulterij accuſationem nullum ius adimit.

8. Semper inter duo mala minus malum tolerando diſſimulat ius.

9. Homicidium nullo iure permittitur, quod cauſam non habet longè maximam.

10. Reſtringenda eſt, quoad fieri poteſt, acerba inter coniuges accuſatio.

COMPENSATIO DElictorum.

Quotieſcunque alterius læſio vertitur, toties non ſunt compenſanda maleficia duorum pluriúmue inter ſe delinquentium.

CESSIO.

1. Simulatam ceſſionem ius improbat, quantumuis coloratam.

2. Qui poteſt egenti ſoluere debitum, is impiè fecerit, ſi ad beneficium iuris confugiat.

CITATIO.

Dubia prorſus citatio, neminē poteſt artare.

CON-

CONTRACTVS.

1. Nullum ius probat doloſam deceptionem, ſed negociationum lucris forma præſcribitur.

2. Vbi nullum vertitur alienandi periculum, ibi nulla opus eſt ſolemnitate.

3. Impoſſibilium nulla eſt obligatio.

CONDICTIO OB turpem cauſam.

Pro rerum & perſonarum conditione poteſt ſemper videri turpe, quod datur.

DOS.

Iuramentum non debet tueri iniquitatem, 23.q.4.c.inter cætera.

EXCEPTIO.

1. Nulla prorſus eſt admittenda exceptio, quam apparet ampliandæ litis gratia obtrudi ius ſuum perſequentibus. Abbas in c. ex parte, 2.de offici. de delega. Innocentius in c. poſt electionem, in fin. de conceſſio. præbend.

2. Vide ſuprà, Arbiter 2.

3. In eccleſia Chriſti gubernanda maturior ætas requiritur.

FORVM.

1. Iuſtitiæ adminiſtratio nemini quidem ſubtrahenda eſt, ita tamen, vt vnicuiq; magiſtratui ſua functio relinquatur.

Perſo-

2. Perſonis eccleſiaſticis, non decet tale permitti arbitrium de rebus plerumque ad eccleſiam pertinentibus controuertendi, quale habent ciues de rebus prophanis.

FRVCTVS.

Non oportet iure fructuum cenſeri id, quod Deo & pietati exercendæ contribuitur.

FAMA.

Nunquam aliquid tribuendum eſt incerto rumori, quem Cicero in Philip. improbiſſimum ſæpè ac diſſipandum eſſe ſentit.

HAERES.

1. Qui ſoluere poteſt, quod alij debet quouis modo, is non rectè vtitur præduri iuris excuſationibus.

2. Vltimæ voluntati obtemperandum eſt ab omnibus.

3. Proximo ſanguini debetur hæreditas.

4. Qui nullum ſentit commodum, is propter alterius perſonam delinquentem conueniri non poteſt.

HAERETICVS.

Hæreticorum peſſima eſt conditio, quoniam aduerſus diuinam maieſtatem peccant obſtinatione. Ideo grauiter puniuntur, l. hac edictali, C. de hæretic.

IVDEX

1. *Commoditas fori æſtimanda eſt ex perſonarum circumſtantia.*
2. *Cauſſæ litigantium celeri cognitione ſunt dirimendæ.*
3. *Vide arbiter II.*
4. *Omnes lapides ſunt mouendi, vt diriman tur lites.*
5. *Commoditatem cognoſcendi, cauſſarum docet qualitas.*
6. *Qualicunque poteſt iudex modo, componere debet lites inter eos, qui à moleſtia liberari cupiunt.*
7. *Vbi nihil aliud obſtat, ibi incidens accedit principali.*
8. *Quum humanæ ſit imbecillitatis errare, condonanda eſt reuocatio.*
9. *Inhumani hominis eſt, non moueri moleſtijs litigantium.*

INDVCIAE.

Nemini eſt neganda deliberatio eorum, quæ imminent cum diſpendio.

INTERDICTVM.

Nemo, cauſſa non ritè cognita, deſtituendus eſt poſſeſſione ſua.

IVDI.

IVDICIVM.

1. Certa iudicandi forma, quæ omnibus deſeruiat cauſſis, minimè gentium poteſt præſcribi.

2. Celerrimè pro viribus lites dirimere debet iudex.

3. Multis modis probari poſſunt ea, quæ adſeruntur negando.

4. Poſſeſſio vniuſcuiuſque iuſta, ſemper eſt defendenda.

V. Veritatis inueſtigatio omnibus modis eſt pia, ſed eo prætextu non ſemper licet abſentem damnare.

IVRAMENTVM.

Improbi eſt hominis, ſub fide religioſa proximum decipere. Coram Deo item inter promiſſiones nulla eſt differentia, quin licitæ debeant obſeruari, 22.q.5.c.iuramenti.

IMPVBES.

Religionem venerari decet omnes.

INSTRVMENTVM.

Fide indubitata temporis oportet publicam muniri probationem, quæ omnibus ex æquo negocijs patrocinetur.

LVDVS.

1. Ludus, qui neque perſonarum, neque rerum conditioni pernitiem adfert, non prohibetur.

tur. Nullius enim Legiſlatoris tam pradurum fuit conſilium, vt temperatum homini ſolatium adimeretur.

2. Cruenta hominum certamina poſteriori-bus ſeculis, vnanimi voto vtriuſq; iuris authores rectè ſuſtulerunt, l. 1. C. de gladiatori.

LEGATVS.

1. Legatus cuiuſlibet, qui viaticum accepit, vnde viuat, is non debet grauare prouinciales. Et longè alia quondam eccleſiarum erat tenuitas, atque nunc eſt.

2. Diuerſitas pœnarum, Antinomiam non facit. Conſentiunt omnes omnium ſeculorum authores, puniendos eſſe diffamatores, genus ſanè hominum, quo nullum eſt in Republica peſtilentius. Nam alterius læſione delectantur, cuius nullum prorſus ferunt commodum.

MVLIER.

1. Nullum ius adprobat leues mulierum mores, verùm, ſi veritati poſſint in ſumma probandi inopia patrocinari, non ſunt repudiandæ, ſicut nec in adminiſtratione iuris & æquitatis, c. dilecti, de arbit. & ibi Abbas.

2. Ratio confundendæ ſobolis id ſuadet, quæ vbi ceſſat, nihil prohibet eam in Domino nubere. præſertim ſi neceſſaria id ſuadeat ratio rei familiaris. Quod & conſuetudo amplectitur.

3. *Fœminarum conditionem nullum ius æquiparat virilibus officijs, nempe, quas Deus ſic creauit, vt viris obtemperarent, Gen. 3. Verùm alia quadam virtutis ratione poſſunt (modò id non paſſim ſine delectu fiat) admitti. Nam & in veteri lege apud Hebræos iudicabant populum, 15. q. 3. c. 1.*

4. *Addunt canones temperamentum, non repugnant legibus.*

5. *Multi hîc putant antinomiam, quum tamen nulla ſit: nam c. penultim. eatenus permittit matrimonium manere ratum, ſi mulier conſentiat. Non autem probat raptum, nec conſenſum ex eo metitur, ſed ex coniunctione carnali. Et potius cenſet tolerandum raptum, quàm diſſolui coniugium re ipſa contractum. Quare c. vlt. ibidem latius id explicat. Et errant, qui regulam inde ſtatuunt: Sine conſenſu parentum nuptias liberorum procedere.*

6. *Inconſtantia mulierum ſemper iudici ſuſpecta eſſe debet, quam facilè æſtimabit. Nec vllo iure poſſunt præſcribi perpetuæ diffinitiones, quando mulier rectè accuſet.*

MATRIMONIVM.

1. *In caſu aperto nihil diſcrepant. In dubio circumſtantiæ quouis modo collectæ à perſonis, vtriuſque iuris coniecturam iuuabunt.*

2. *Hanc diuerſitatem colligunt potiſſimùm*

ex c.

ex c. penulti. de raptori. Sed errant, quòd ex vna hypotheſi conſtituunt regulam. Et interim tamen c. vlt. eod. tit. determinat adeoq́; reſtringit ſententiam praecedentis loci.

3. *In hoc gentes, cùm verum Deum ignorarent, nimium receſſerunt à iure naturali, caecutientes propter nimiam dominandi libidinem. Plauſibile namque videbatur habere quoſdam ita ſubiectos, vt nec vitae, nec bonorum vllam haberent libertatem, adeoq́; praeter communem hominum appellationem, nullo eſſent dignandi iuris nomine vel officio.*

4. *Nunquam dedignatae ſunt leges, ſacros canones imitari, vt pietate potius, quam humana authoritate vincantur. Non nobis domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam, c. 1. de no. oper. nuncia. c. vlti. de ſec. nupt.*

5. *In matrimonijs conſenſus aperta ſolemnitate probatus, principaliter reſpicitur. Per hoc tamen non poteſt argui, non requirendam eſſe coniunctionem carnis, ad perficiendas tandem nuptias, nempe, ſine qua ſobolis procreatio ſequi non poteſt. Inſulſa autem eſt diſputatio de matrimonio intemeratae virginis Mariae & Ioſeph, quam huc trahunt ocioſi. Nam de illa natiuitate beatiſſima non decet aliquid ſecundum naturae noſtrae regulas argutari.*

6. *Idem repetendum eſt, quod iam diximus.*

7. *Si nihil poteſt à liberis, quod rationi conſonet, aduerſus parentem proponi: certè honorare debent patrem & matrem. At viciſſim parentes pietatem debent liberis, ideoq; non indignas, aut quauis ratione diſplicentes nuptias imperabunt, l. ſed ea quæ patris, ff. de ſponſalib.*

MANDATA SEV DELEGATA iuriſdictio.

1. *Alia quondam ratio fuit aulæ Cæſareæ, ſecundum quam conſiliarijs tantùm mandabatur iuriſdictio. Qui autem hoc tempore ſolertia & eruditione probati ſunt in Republica, ijs quin tutò committantur iudicia, nihil obſtat, Inſtit. in proœm. in fin.*

2. *Si cauſſæ non admodum magni ſint momenti, parcendum eſt ſumptibus nouæ commiſſionis impetrandæ. Alioqui, cùm mandantis mors diſcrimen adferre poteſt cognitioni, alia eſt ratio ante cœptum iudicium.*

3. *Diſcrimen itineris facit, vt vel delegatus iudex ipſe, vel delegans habeat executionem dictæ ſententiæ.*

4. *Sicut periculoſum eſt, omnes paſſim cauſas mandari alijs, vt nullam earum rationem ordinarius iudex habeat, ita neceſſitas nonnunquam exigit, vt viliores controuerſias, quò*

magis grauiores ipſe aſſiduus audiat, deleget bonis viris.

5. Alia ratione mouentur leges, quæ delegato nudum duntaxat miniſterium tribuunt: alia verò canones, ſecundum quos propter eccleſiaſticas cauſſas iuriſdictio transfertur ad delegatum in ea lite.

6. Imperia eccleſiaſticorum negociorum non ſic poſſunt, ſicut ciuilium, diſtingui.

7. Cauſſæ ciuiles habent pecuniariam æſtimationem, eccleſiaſticæ non item.

8. Sicut periculoſum eſt, apud ſuſpectum litigare iudicem, ita peſſimi res exempli fuerit, ſi liceat paſſim omnes ex quacunque cauſſa recuſare iudices.

MAGISTRATVS.

1. Fex hominum non eſt admittenda ad honores. At poteſt contingere, præclarum aliquem virum ſine nuptijs procreari.

2. Conueniens eſt harmonia, vt anima immortalis, verbo Dei: corpus verò fragile legibus gubernetur, iuxta illud: Date Deo quæ Dei ſunt, & Cæſari quæ ſunt Cæſaris. Quod antem legitur in c. 1. de furt. Et Exod. 21. Vt morte moriatur, id ſi referas ad ciuilem magiſtratum, accipitur propriè: Sin autem ad eccleſiaſticum ordinem, tunc laxius interpretari oportet (moriatur) pro excommunicetur.

PATER ET FILIVS.

1. *Ex legitima cauſſa melius eſt admittere iudicium, quam iurgia inter parentes & liberos. Per hoc nullum ius impugnat regulam, quæ non admittit inter eos litem.*

2. *Teſtimonia parentum, quæ nemini nocent, ac interim proſunt liberis, admittuntur pro liberis.*

3. *Diuerſitas rerum ciuilium & eccleſiaſticarum exigit diuerſum ius.*

4. *Sicut nulla lex, ita multò minus patria poteſtas poteſt impedire pietatem, & publicum commodum.*

5. *Mala eſt conſequentia: Permittitur id parentum poteſtati, ſumma quadam ratione, Ergo ſubijcitur iuris neceſſitati, l. nō quidquid, ff. de iudic.*

6. *Vouete in baptiſmate, quid? Obedientiam Diuino verbo, charitatem proximo. Et, Reddite Domino, ſcilicet per totam vitam, tale votum, ne ſitis verè periuri. Cæterùm nec canones permittunt filijsfamiliarum monaſticum votum inuitis parentibus, 27. q. 2. §. cùm ergo, & 22. q. 2. c. 2.*

POTESTAS PAtria.

Non minor hodie debet nobis cenſeri dignitas eccleſiaſtica, quàm gentibus olim ſua titulo-

rum

rum exiſtimatio. Tantùm id curare oportet, vt rectè tractentur tam eximia Reipublicæ Chriſtianæ munera. Cur enim non eripiendus ſit patri, quem Chriſtus ad ſuam vocat functionem? Diuinum iſtud vinculum: Honora patrem & matrem, nullo vnquam modo diſſoluitur.

PRAESCRIPTIO.

Nullo iure laudatur hominum diſcordia, quæ multos poſt annos excitari poſſet actionibus vtcunque ſimulatis. Quare, ſi inter vſucapionem & præſcriptionem diſcernas, facilè conciliabis vtrumque ius, vanaſq; commentatorum deribis altercationes. Siquidem ius non reuocat in dubium poſſeſſionem eius, qui longiſſimi temporis poſſeſſionem habet. Per hoc tamen non poteſt argui, quòd lex approbet malam fidem poſſeſſoris longæui, c. quoniam omne, c. vigilanti, de præſcriptio.

POSSESSIO.

Qui commercium & poteſtatem rei habet, poteſt ſe liti offerre: non autem, qui dominus eſſe proprietatis non poteſt. Porrò volenti rem defendere, non eſt negandum ius.

PROCVRATOR.

1. Tametſi ſpecies facti detur, in qua ratum haberi poteſt id, quod alicuius nomine non eſt actum: manet tamen inconcuſſa iuris regula, quæ dictat contrarium. Verùm quod neque ad

me pertinet, neque meo nomine eſt geſtum, nihil prodeſt haberi ratum.

2. *Succedentis ſeculi neglectus in bonis literis, eripuit propemodum omnem loquendi proprietatem, vt cogantur ſæpè promiſcuis vti vocibus, quum non teneant accommodatas.*

3. *Quinimò omnem exceptionem dilatoriam, quam iudex animaduertit malitia quadam euitandi iudicij gratia opponi, eam debet protinus reijcere, quantumuis ſit prima fronte ſpecioſa, c. ex parte, 2. de offici. delegat. c. ſuper eo, 1. de appellatio. & vtrobique Abbas. Innocentius in c. poſt electionem, in fin. de conceſſion. præbend. Non enim, niſi ob maximam cauſam, eleuandus eſt procuratorum vſus, qui ob defenſionem abſentium maximè inſtitutus eſt.*

PATRIA.

Armis quidem non ſunt implicandi, quorum officium eſt, Dei tractare myſteria, patriæ tamen defenſionem omnes ex æquo ſuſcipere debemus, vt qua periclitante, omnibus velut in eadem naui pernicies imminet. Patriam igitur tenemur ſinguli ex animo amplecti, atque defendere. ſed alius alio modo.

POENA.

1. *Ab vna pœnarum quantitate fuit incipiendum.*

2. *Diſciplina ciuilis aduerſus malos omnibus*

bus modis eſt retinenda.

3. Matrimonij contractus directò vel indirectò non poteſt ligari. Damnorum autem & deceptionis ratio haberi poteſt.

4. Vbi nihil intereſt petentis, ibi non eſt vlla concedenda actio.

5. Maleficia omnibus modis ſecundum qualitatem punienda ſunt, aliàs corporali, alias eccleſiaſtica admonitione.

PATRONVS.

Non præſumuntur clerici bonis artibus imbuti, & diuina tractantes, faciliter in iudicio perſonarum falli poſſe.

RESTITVTIO.

1. Eccleſia nullius detrimento contra bonum & æquum debet reſtitui.

2. Subueniendum eſt ijs, qui pro patria pugnantes, ab hoſtibus capiuntur.

3. Vnuſquiſque in ſua poſſeſſione longiſſima tuendus eſt, niſi manifeſta ſit mala fides.

4. Pacis executio, quocunque poteſt modo, debet procedere.

SPONSALIA.

Vide ſuprà Pœna.

SEQVESTRATIO.

Non debet Prætor pati ad arma peruenire eos, quos poteſt ſua iuriſdictione compeſcere, l. æquiſſimum, in princ. ff. de vſufruct.

SENTENTIA.

1. *Cauſſæ, quæ celeritatem deſiderant, vt de plano expediantur, proceſſus eſt iudiciarius longè iuſtiſſimus.*

2. *Iuſtam eſſe oportet ſententiæ diffinitionem, vt litem tollat, l. 1. ff. de re iudicata.*

SEPVLTVRA.

Mos in his, quæ media ſunt, ſine detrimento eſt retinendus.

SPORTVLAE.

Iudicis manus oportet eſſe puriſſimas Deo & hominibus.

SORS.

Omnibus planè rebus ſolet mundus abuti quadam cognata cæcitate.

STIPVLATIO.

Vide ſuprà Iuramentum.

TESTIS.

1. *Veritas omnibus præferenda eſt amicis.*

2. *Curandum diligenter, ne quid technarum in iudicijs ſtruatur innocentibus.*

3. *Probandi modus certis regulis in ſpeciem factorum præſcribi non poteſt.*

4. *Nulli eſt præcludenda probandæ veritatis via.*

5. *Improborum mentiendi facilitas ſemper debet eſſe ſuſpecta.*

6. *Vide ſuprà num. I.*

TESTAMENTVM.

1. Quoad fieri poteſt, vltima voluntas teſtatoris eſt ſeruanda.

2. Teſtamentorum ſolemnitas non aliò tendit, quàm vt occurratur fraudibus.

3. Arbitrio boni viri qualibet vltima voluntas interpretanda, & executioni mandanda eſt.

VSVRAE.

Sicut fœnus illicitum contra bonos mores, eſt euitandum, ita mutuis vtendæ pecuniæ lucris, ſecundum vſum tolerabilem, alter alterum iuuare non prohibemur.

VSVCAPIO.

1. Vide ſuprà Præſcriptio.

2. Omnia vſucapiendi themata, oportet exigere ad normam æquitatis.

3. Suſcitandæ litis occaſionem, quoad poſſunt Legiſlatores anteuertunt.

4. Quod natura certum eſt, nos plerumque latet. Cùm leges dicunt, teſtatorem aliquid ſciuiſſe: per hoc non inferunt pariter, hæredem eſſe malæfidei. Poteſt enim ipſe faciliter ignorare teſtatoris conſcientiam.

VNIVERSITAS.

1. Vide ſuprà Procurator II.

2. Sic eſt iurandum, ne religio Chriſtiana videatur ludus.

Abſens

A.

Abſens 344.393
accuſatio 344.394
accuſatio mutua 345. 394
accuſationis proſecutio 349.394
actio 342.393
adfinitas 350.394
ætas 359
appellatio 351.394
arbiter 342.393

B.

Bona fides 352.395

C.

Ceſſio 356.396
citatio 357.396
compenſatio 356.396
cõdictio ob turpẽ cauſam 358.397
confiſcatio 352.395
contractus 357.397
crimen 352.395

D.

Dos 358.397

E.

Exceptio 359.397

F.

Fama 360.398
forum 359.597
fructus 360.398

H.

Hæres 360.398
hæreticus 362.398

I.

Impubes 367.400
induciæ 365.399
inſtrumẽtum 368.400
interdictum 365.399
index 363.399
iudicium 366.400
iuramentum 367.400

L.

Legatus 369.401
libel. famoſus 369.401
ludus 368.400

M.

Magiſtratus 378.405
mandata ſeu delegata iuriſdictio 373.407
matrimoniũ 371.402
mulier 369.401

P.

Pater et filius 378.406
patria 182.403

patro-

patronus 184.409
pœna 183.408
poſſeſſio 381.407
poteſtas patria 380.406
præſcriptio 381.407
procurator 381.407

R.

Reſtitutio 384.409

S.

Sententia 386.410
ſepultura 386.410
ſequeſtratio 386.409
ſors 387.410
ſponſalia 385.409
ſportulæ 386.410
ſtipulatio 387.410

T.

Teſtamentum 389.411
teſtis 388.410

V.

Vniuerſitas 392 411
vſucapio 390.411
vſura 390.411

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ERRATA ET PRAETER:
miſſa ſic corrigito, prior numerus paginam, poſterior uerſ. indicat.

Pag. 8 verſ. 15. qui. 10. 28. extr. de eo qui ord. fug. ſuſcip. 12. 7. Magiſtris. 13. 8 iurid. & comit. 16. 9. autem. 20. 3. deſideratur &. ead. 6. ſententia. ead. 12. recepta. 25. 17. quintus. 26. 22. ſextus. 27. 15. ſeptimus. 29. 3. octauus. 30. 3. nonus. ead. verſ. vlti. decimus. 31. 19. vndecimus 40. verſ. vlt. duodecimus. 43. 14. autem. 45. 18. decimusſextus. 46. 20 mandati. 47. 7. decimusoctauus. 54. 17. vigeſimus. 55 22. de alienatiōe & emphyteuſi. 56 7. qui pot. in pig. vel hypoth. hab. ead. verſ. 17. vigeſimusprimus. 57. 3. pignoris. ead. ver. 7. vigeſimusſecundus. 62. 16. vigeſimusquintus. 64. 11. vigeſimusſextus; 67. 3 vigeſimusſeptimus. 68. 3. actiōe. ead. verſ. 8. falſo tutore auctore. 74. 13. vigeſimusoctauus. 77 9. vigeſimusnonus. 79. 7. trigeſimusprimus. ead. verſ. 13. trigeſimusſecūdus. 81. 3. trigeſimusquartus. 82. 4. qui. ead. verſ. 11. trigeſimusquintus. 83. 14. trigeſimusſextus. 92. 11. trigeſimusſeptimus. ead. verſ. vlt poſſeſſione. 95. 3. trigeſimusoctauus 97. 8. affinitatibus. 101. 3. quadrageſimꝰ. 105. 3 quadrageſimusprimus. 106. ver. vlt. de ſocietate. 107. 12. ſententiam. 108. 5. curare. 110. 12. quadrageſimustertius. 113. 15. quadrageſimusquartus. 115. 6. de falſis. 125. 5. quadrageſimusquintus. ead. verſ. penult. quadrageſimusſextus. 128. 7. quadrageſimusſeptimus ead. verſ. 11. delicto. 139. 16. quadrageſimusnonus. 149. 12. ſignificatione. 235. 16. ius. 254. 7. promiſſo. 284. 13. omiſſa ſunt[certum eſt autem, quod ea quę ſunt magis imperij, quam iuriſdictionis.] ead. verſ. 25. deſideratur[ſit] 288. 5. ſocijs.